

AUCTORES BRITANNICI MEDII AEVI · II

IOHANNES BLUND

TRACTATUS DE
ANIMA

EDITED BY
D. A. CALLUS O.P.
AND
R. W. HUNT

LONDON · *Published for* THE BRITISH ACADEMY
by THE OXFORD UNIVERSITY PRESS

1970

79. Item. Queritur in qua virium anime sit iustitia. Si in vi rationali, potest ostendi quod est in vi irascibili, quia non est consequi iustitiam sine fortitudine, et quicquid consequitur anima per fortitudinem consequitur per vim irascibilem. Pari ratione erit in vi concupiscibili, quia non est consequi iustitiam sine temperantia, et temperantia est in vi concupiscibili.

80. Solutio. Dicendum est quod iustitia est in anima non secundum unam solam vim, sed secundum omnes vires anime. Iustitia enim in effectum fluit post temperantiam, fortitudinem, prudentiam; qui enim iustus est oportet ipsum esse temperatum, prudentem et fortem. 10

81. Item. Dolor et gaudium sunt opposita. Sed gaudium est in vi concupiscibili; ergo dolor est in eadem vi. Contra. Dolor est id quod putatur esse nocivum. Ergo dolor est in vi irascibili. Ad hoc dicendum quod dolor est in vi irascibili per se, et est in vi concupiscibili per accidens; quoniam duorum contrariorum que sunt in eadem vi, unum est 15 in aliqua vi per se, reliquum in eadem vi per accidens.

82. Item. Sicut est ratiocinari sic est intelligere: unde habemus rationem et intellectum. Sed ratio est vis apprehensiva, vis rationabilis est vis motiva et imperans; ergo pari ratione cum intellectus sit vis apprehensiva, erit vis intelligibilis vis motiva et imperans: et ita sicut 20 anime sensibilis sunt due vires motive et imperantes, scilicet vis concupiscibilis et vis irascibilis, pari ratione anime rationalis sunt due vires motive et imperantes, scilicet vis rationalis et vis intelligibilis, sed diverse in comparatione. Si autem dicatur quod una et eadem vis est vis rationalis et vis intelligibilis, sed diverse comparationes; pari ratione 25 una et eadem vis sunt in essentia ratio et intellectus, sed diverse in accidente. Quod bene concedimus.

VIII. De viribus anime sensibilis apprehensivis

83. Sequitur de viribus anime sensibilis apprehensivis. Primo dicendum est de vi apprehensiva deforis, ut de sensu. Primo igitur inquirendum est quid sit sensus et que sunt species sensus. 30

1 Item: preterea V in qua om. V rationali: rationabili V 3-4 consequitur: assequitur P 7 Dicendum: Distinguendum P 11 Item: Preterea V 12 id: illud PV 13-14 Ad... quod om. P 14 dolor om. V per se om. C est om. P 15 sunt om. V est om. C 16 vi² om. P 17 Item: Rursum V 17-18 unde... intellectum om. V 18 rationabilis: rationalis P 22 anime: anima V vires: virtutes P 23 scilicet om. CV vis² om. P 23-24 sed diverse in comparatione om. P 24-25 si... comparationes om. CV 26-27 accidente: actione P 28 Tit. om. PV 29 Sequitur: Consequenter agendum est V Primo: Et primo V vi apprehensiva: viribus apprehensivis P 31 et... sensus om. P sunt: sint V

8-9 Gregorius M. *Moral.* xxii. 2 (212D): 'Nec vera iustitia est quae prudens, fortis et temperans non est'.

84. Sensus est vis apprehensiva rei presentis in quantum ipsa est presens per inmutationes receptas in instrumento corporeo ab extrinseco advenientes. Potest autem in primis queri quorum sit sensus, utrum scilicet solum singulare habeat sensum apprehendendi vel et singulare et universale. Quod solum singulare sentiatur testantur omnes auctores de sensu loquentes. Sed quod sensus apprehendat universalia videtur posse ostendi.

85. Ens est prima anime impressio, ut dicit Avicenna, unde per se cadit in intellectum. Quicquid autem in sensum cadit est ens. Quod autem in intellectum cadit, tum est ens tum est non-ens. Ergo potius 10 dicetur quod ens, secundum quod ens cadit in sensum quam in intellectum et ens dicetur prima esse anime impressio secundum sensum et non secundum intellectum. Sed ens est primum universale aggregans omnia in sua intentione universali; ergo universale cadit in sensum.

86. Preterea. Lucidum per se et proprie videtur. Sed lucidum, 15 secundum quod lucidum, est universale. Ergo universale per se et proprie videtur.

87. Solutio. Dicendum quod solum singulare videtur. Et dicitur ens esse prima impressio anime quoad intellectum, quia intellectus in componendo inchoat ab ente et in resolvendo stat in ente universali, nec 20 ulterius in resolvendo procedit; cum ens sit intentio impartibilis, et nunquam cadit ens, secundum quod ens, in sensum, sed in quantum est sub aliquo accidente sensibili, ut calore et albedine, et consimilibus. Nec valet hec argumentatio: lucidum proprie, secundum quod lucidum, per se et proprie in visum cadit, et lucidum est universale; ergo universale in sensum cadit. Est enim ibi fallacia accidentis; quoniam in sensum cadit singulare quod est lucidum secundum quod tale; postea predictus redditur universale gratia universitatis. Sed quia dicit Boethius in secunda editione super Porphyrium, quod idem est singulare quod universale, singulare cum sentitur, universale cum cogitatur, potest 30 concedi quod id quod est universale sentitur, non tamen universale.

1 rei presentis om. V 4 solum om. C et¹ om. C 7 prima om. P ut: unde P 9 est² om. C 10 quod¹ om. CP cadit: cadere C; habet cadere V in om. P 11 ens om. P esse om. C 12 est om. P 13 in¹: de P 15 Ergo universale om. P 17 Dicendum: est add. V 19-20 nec... procedit om. P 20 in resolvendo om. V 22 est om. CP sub: informatur P 23 proprie om. P 25-26 quoniam... singulare: quod illud P; quando in lucidum cadit quod est singulare V 27 predictus om. P; predicatus V universitatis: universalitatis V 29 cogitatur: cognoscitur P

1-3 Cf. Avic. *De An.* I. i (2^{ra}T). Vid. p. xix.

5-6 Cf. Arist. *De An.* II. v (417^b20-28); *Anal. Post.* I. xviii (81^b6); I. xxxi (87^b28-30); Avic. *De An.* II. ii (6^{va}-7^{ra}A).

7 Avic. *Metaphys.* I. vi (72^{ra}A).

17-22 Cf. Arist. *De An.* II. v (417^b20-28).

27-29 Boeth. *In Isagogen* II ed. I. II (167).

88. Sensus autem dividitur in quinque, scilicet in visum, in tactum, gustum, olfactum, auditum. Utrum autem sint species an non, prius dictum est.

IX. De visu

89. Primo autem dicendum est de visu. Visus est vis ordinata in nervo 5 concavo ad apprehendendam formam eius quod formatur in humore cristallino ex similitudine corporum coloratorum per radios venientes in effectum ad superficies corporum tersorum. Hanc descriptionem ponit Avicenna in commento *de Anima*. 'In nervo concavo', dicit ad differentiam aliorum nervorum qui non sunt concavi quibus com- 10 parantur alii sensus; 'in humore cristallino', dicit, quia illud quod inmutationes recipit in oculo que sunt similitudines rerum extra est humor cristallinus.

90. Sed videtur posse ostendi secundum hoc quod quodlibet visum debeat apparere rotundum; quoniam signum rotundum indicat causam 15 rotundam, et ideo per rotunditatem umbre probatur rotunditas terre. Inmutatio autem existens in oculo representans rem extra est rotunda, quia suum subiectum in quo est [est] rotundum, scilicet oculus, et illa inmutatio representat rem extra. Ergo cum anima iudicet secundum representationem illius inmutationis, quodlibet videtur apparet 20 rotundum.

91. Item. Videtur posse ostendi quod nulla res posset videri minor quam sit diameter secans oculum et transiens per eius centrum. Quoniam quicquid videtur, videtur tanquam sub duabus lineis exeuntibus a duobus terminis diametri ipsius oculi. Sed cum ipse lineae sint equedistantes, 25 et quilibet linea secans parallelogrammum ad pares angulos sit equalis lineae sibi oppositae, res visa secundum equedistantiam a termino diametri non videbitur maior quam sit ipse diameter; et ita nihil quod sit

2 gustum, olfactum, auditum: etc. CV species om. V an: vel PV prius: superius
4 Tit. om. PV 6 humore: humido C; humano P; (cf. 11, 13) 7 ex: et PV
corporum coloratorum: corporarum coloratarum P 8 corporum tersorum: lacuna
V 10 qui... concavi om. P 10-11 comparantur: operantur V 11 quia:
quod V 13 cristallinus: cristallini P 15 signum: lignum P indicat: inducit P
19 representat: presentat P 20 apparet: apparebit P 20-21 rotundum: est
ipsum iudicare habet quodlibet esse rotunde forme add. V 22 Item: Amplius V
posset: possit C 23 diameter: diametrum V 24 exeuntibus: extendentibus
P 25 diametri: diametrum V 27-28 diametri: diameter V 28 ipse: ipsa C

1-3 Cf. supra, n. 55.

2-3 prius dictum est: cf. supra, nn. 56-60.

9 Avic. *De An.* 1. v (4^{vb}B).

18 oculus rotundus: Guill. de Conchis *Dragm.* vi (280): 'Oculus est quaedam orbiculata substantia'.

22-p. 25, l. 2 Cf. Alex. Nequam *De Nat. Rer.* 11. cliii (235).

equedistans ab oculo potest videri maius quam sit ipse oculus, quod patet esse falsum.

92. Solutio. Ad primum. Dicendum est quod humor cristallinus in oculo est aqueus, unde de facili recipit quamcumque impressionem; sed 5 eam non retinet, sicut nec aqua suam retinet impressionem. Unde humor cristallinus in oculo de facili recipit impressionem ad similitudinem forme agentis in ipsum. Unde non omnis inmutatio recepta in oculo est rotunda, quia non est iudicium secundum inmutationem existentem in superficie oculi.

93. Ad aliud. Dicendum est quod quicquid videtur, videtur sub 10 angulo quasi inter duas lineas concurrentes in oculo facientes ibi angulum. Res autem visa est basis et opponitur illi angulo; unde est ibi triangulus: et quanto lineae sic intellecte extense ab oculo magis distant ab oculo tanto maior est distantia ipsarum ad invicem; quanto 15 autem magis accedunt ad oculum magis ad concursum accedunt. Cum ergo non protendantur lineae secundum equam distantiam in quantum intelliguntur extendi ab oculo, manifestum est quod res maior oculo potest videri.

94. Item. Hec est propositio per se nota in principio intellectus: 20 unum et idem secundum subiectum in numero ex eadem parte sui et in eadem parte sui simul et semel non habet diversas impressiones diversarum specierum, ut ymaginem hominis et ymaginem leonis, et capre et consimilium, ut patet in cera molli. Ipsa enim simul et semel non recipit quoad eandem partem in se impressionem representantem 25 hominem et asinum, et sic de consimilibus. Sed si aer inmutatur mediante quo videtur res, eo quod visus habet fieri per medium, contingit unum et eundem aera inmutari a forma asini et a forma hominis et, capre, ut si homo et asinus et capra videantur a diversis, et unus et idem aer interceptatur inter res visas et oculos videntes. Sed unum et 30 eundem aera in numero a formis diversarum specierum simul inmutari est impossibile per premissam propositionem; ergo relinquatur quod aer non inmutatur.

1 maius: maior V ipse om. CV 3 est om. P 4-6 sed eam... impres-
sionem om. propter hom. C 7 inmutatio om. P 7-8 recepta... rotunda: in
oculo est recepta rotunda P 8 quia: et V iudicium: inmutatio sed deletum V
10 est om. P videtur² om. P 13 sic om. V 14 ab oculo: et P maior:
magis V 15 magis²: ma... lacuna V 16 equam: eque V 20 secundum
om. PV 21 sui om. P 24 partem: artem V 26-27 contingit: continget
P; contingat V 27 inmutari: haberi in se impressionem a forma hominis et a
forma asini V 29 videntes: videntur V 32 aer: anima V inmutatur:
mutatur V

3 Ad primum: cf. supra, n. 90.

5 nec aqua suam retinet impressionem: cf. Avic. *De An.* 1. v (5rdD).

10 Ad aliud: cf. supra, n. 91.

231. Ad aliud dicendum est quod sillium magis infrigidat quam aqua, quia aliquid de sillio incorporatur celebrata digestionem, aqua pura nequaquam.

XVII. De sensu communi

232. Sequitur de sensu communi. Sed prius inquirendum est quare intellectus sit abstrahens formas a materia et ab appendiciis materie, et sensus nequaquam.

Quod sensus sit abstractivus sicut intellectus hac ratione videtur.

233. Qualitates, ut colores, sapes, caliditates, frigiditates, sunt propria sensata sensus. Subiecta autem illarum non apprehenduntur sensu nisi per accidens. Quod ergo proprie et per se cadit in sensum est qualitas. Sed propter nil aliud est intellectus abstractivus nisi quia ipse apprehendit formam abstrahendo eam a materia et ab appendiciis materie. Sed simile est de sensu, cum materia non apprehendatur per sensum nisi per accidens. Ergo sensus est abstractivus.

234. Preterea. Si intelligeretur per impossibile quod caliditas esset separata a subiecto, et color cum magnitudine similiter, adhuc inmutaret caliditas tactum, et color cum magnitudine visum. Quod ergo sensus apprehendat formas que sunt in materiis hoc non est nisi propter hoc quod forme non possunt separari a materiis, et non est de impotentia sensus quod ipse non apprehendit formas separatas, sed est de impotentia forme secundum quod separari non potest a subiecto, nec apprehenditur sensu nisi secundum quod forma est ei presens. Est ergo sensus quantum est in se abstractivus sicut intellectus.

235. Preterea. Visus apprehendendo colorem et magnitudinem secundum quam distenditur color non apprehendit coaccidentia coloris vel magnitudinis. Abstrahit ergo visus colorem a suis coaccidentibus; est ergo visus abstractivus.

1 sillium: psillum V 2 aliquid de sillio: sillium P pura om. P 5 Sequitur: Consequenter dicendum est P inquirendum est: inquiratur V 6 abstrahens: abstractiones P formas . . . materie om. P appendiciis: appenditiis V 9 Qualitates: scilicet add. P caliditates, frigiditates: calor, frigus C 9-10 propria: proprie P 12 nil: nihil V 13 ipse om. V materia: modo P ab om. C 15 Ergo . . . abstractivus om. P 17 color: corpori P 19 apprehendat: apprehendit P est om. C 20 materiis: materiabus V 21 est om. C 22 forme: sensus P secundum quod: que CV 23 forma om. P 24 quantum: inquantum V abstractivus: abstractio P 26 secundum: ad P coloris: corporis P

1 Ad aliud: cf. supra, n. 227.

4 De sensu communi: cf. Arist. De An. III. i (425^a14-15); ii (426^b8 seq.); Avic. De An. IV. i (17^{rb}-18^a).

9-11 Cf. Arist. De An. II. vi (418^a7-25).

236. Solutio. Dicendum est quod sensus abstractivus non est, quia ipse discurrit tantum circa singularia; intellectus quidem abstractivus est, quia ipse discurrit tantum circa universalia abstrahendo ea a singularibus et ab accidentibus singularium.

237. Restat videre utrum sensus communis sit et quid sit.

Quod sit sensus communis potest haberi ab Augustino in libro de Libero Arbitrio. Dicit enim sensum communem esse, vocans eum sensum interiorem cui sensus exteriores communiter serviunt. Item, ab Avicenna habetur in commento de Anima quod sensus communis est vis ordinata in anteriori parte cerebri recipiens impressiones fluentes in ipsam a quinque sensibus exterioribus.

Quod autem huiusmodi sensus sit, sic videtur posse ostendi.

238. Visu non percipimus nos videre: quoniam quicquid videtur per ymaginem videtur, et ymaginem sui ipsius non habet ipsa visio in sensu videntis. Similiter tactu non percipimus nos tangere; et sic de aliis sensibus exterioribus. Cum ergo percipimus nos videre, nos tangere, hoc est per aliquam aliam vim quam sit aliqua vis sensuum exteriorum. Sed experimento habetur, ut in anathomia patet, quod ab omnibus sensibus exterioribus fluunt inmutationes in anteriorem partem cerebri, et anima convertens se ad illas impressiones coniungit et copulat eas cum eis a quibus fiebant; sed cum ipse facte essent ab eis que sunt in sensibus extra, acies animi intuendo ad eas extra percipit impressionem per eam quam reperit in instrumento tactus fieri visum. Sed illa vis que est ordinata in anteriori parte cerebri est sensus communis, et mediante illa vi percipimus nos videre, nos audire, nos tangere. Relinquitur ergo quod sensus communis est.

239. Preterea. Ab Aristotele habetur in libro de Anima, quod motus, et numerus, et magnitudo non sunt sensata alicuius sensus exterioris, immo sunt sensata sensus interioris, qui est sensus communis.

1 est¹ om. P 2 ipse om. PV discurrit: discurratur P quidem: autem P 3-4 ea . . . singularium: ei a singulis et ab accidentibus singularibus V 6-8 Quod . . . serviunt om. P 8 Item: Sensus communis P 14 ymaginem sui ipsius: suam ymaginationem P 15-16 et sic . . . tangere om. per hom. C 17 hoc: ergo add. C aliquam om. P 18 anathomia: anothomia P omnibus: communibus P 21 cum² om. C eis: ipsis V sunt: fiunt V 22 extra¹ om. V impressionem om. P 23 reperit . . . tactus: recipit in tactu P in om. C visum: tactum V 25-26 Relinquitur . . . est om. P 28 et¹: est C et magnitudo om. P exterioris: in exterioribus P 29 est: dicitur esse P

1 Dicendum: cf. supra, nn. 233-5.

2-4 Cf. Arist. De An. II. v (417^b19-25); Avic. De An. II. ii (6^{vb}A).

6-7 Aug. De Lib. Arb. II. iv. 10-v. 12 (1246-7).

9 Avic. De An. I. v (5^{rb}D).

13-17 Cf. Arist. De An. III. ii (425^b12-25).

27 Arist. De An. II. vi (418^a17-19); III. i (425^a14-15).

240. Preterea. Ab Avicenna habetur quod nihil videtur nisi ubi ipsum est. Ergo gutta pluvie descendens non videtur nisi ubi ipsa est. Sed ipsa est rotunda; ergo secundum visum non videtur linearis, quia si videretur esse linearis tunc aliqua eius pars videretur esse ubi ipsa non est: apparet tamen quod ipsa sit linearis. Est ergo hoc secundum aliam vim 5 quam secundum vim visibilem. Est autem illa vis, secundum quam apparet illa gutta esse linearis, sensus communis; quoniam ab illa passione que fit in oculo representante guttam extra fit impressio in anteriori parte cerebri; et sicut illa gutta est descendens linealiter, ita inmutatio que fit in anteriori parte cerebri est linearis. Retinet enim 10 anterior pars cerebri inmutationem factam in eius parte superiori, et inmutationem continue fluentem descendendo per ipsam sicut gutta descendit, et acies animi convertens se ad illam inmutationem, quia reperit illam linearem, ideo iudicat illud lineare esse, scilicet guttam cuius ymago est illa impressio que est in anteriori parte cerebri; et illa 15 vis dicitur esse sensus communis.

241. Si quis autem obiciat quod similiter erit apud visum, Dicendum est quod non. Quoniam subiectum visus est inhabile ad retinendum impressionem propter cristallinum humorem aqueum, qui receptam impressionem non retinet. 20

242. Si concedatur quod sensus communis sit, obiectio erit in contrarium. Queritur ergo quare non habeamus intellectum communem et ymaginationem communem sicut habemus sensum communem?

243. Item. Quod commune est potest predicari de hiis quibus ipsum est commune: ut animal quod est commune suis speciebus predicatur 25 de qualibet suarum specierum; vere enim dicitur: homo est animal, asinus est animal. Ergo cum sensus communis sit sic communis quinque sensibus exterioribus habet predicari de unoquoque illorum. Erit ergo quelibet harum propositionum vera: visus est sensus communis; auditus est sensus communis; tactus est sensus communis, et odoratus. 30 Sed constat quod hoc est falsum. Videtur ergo quod nihil sit sensus communis.

1 habetur om. V 2 ipsa: ipsum P 3 videretur: videre P 4 aliqua om. P 5 quod ipsa sit om. C Est om. V hoc om. C 6 visibilem: sensibilem C 7 esse om. C 8-10 et sicut . . . cerebri om. per hom. C 9 est: que est C 14 reperit: recipit V ideo: non P 18 Quoniam: Quia P inhabile: habile P 19 impressionem: impressiones P aqueum, qui: aqua P 21 Si: ergo add. C 21-22 obiectio . . . contrarium om. C 22 ergo om. C 24 potest: habet P 25 animal om. C 26 enim: autem C animal: et add. V 27 sic om. P 29 harum: illarum P propositionum om. CV 30 et odoratus om. P; et sic de aliis sensibus add. V 31 ergo: enim P

1-2 ubi ipsum est: Avic. *De An.* I. v (5th d).

2-5 Avic. loc. cit.; III. vii (15th A).

244. Solutio. Dicendum est secundum Aristotelem in libro *de Anima*, et secundum alios philosophos, sensum communem esse. Et dicitur esse communis eo quod ipse communiter recipit impressionem a quinque sensibus extra. Non autem dicitur esse communis secundum illam viam 5 communitatis secundum quam genera et species dicuntur esse communia, sed secundum illam viam communitatis secundum quam aliquis alveus recipit aquam fluentem a diversis fontibus per diversos rivulos. Nec est ponendum propter hoc esse communem intellectum vel communem ymaginationem. Non enim sunt diversa instrumenta subser- 10 vientia intellectui, nec sunt diverse vires secundum quas fit receptio formarum intelligibilium, nec sunt diverse vires secundum quas est receptio impressionum a rebus ymaginabilibus; quia, cum unica sit cellula ymaginativa, in ea est unica vis ordinata secundum quam est receptio impressionum fluentium in ipsam ab unico, hoc est, a sensu 15 communi. Similiter intellectus ab unico suam recipit impressionem. Sed ille sensus qui dicitur esse communis a pluribus recipit impressiones, tum a visu tum a tactu tum a gustu, et ita sensus exteriores diversi sunt et subservientes communiter isti sensui qui dicitur esse communis.

245. Item. Obicitur sic. In qua proportionem se habet species illa que 20 fit in sensu cernentis a specie corporis extra ad illam speciem extra, in eadem proportionem se habet passio que exoritur in sensu communi ad illam speciem que est in sensu cernentis; quoniam sicut illa que est in visu est quasi proles, et eius parens est species corporis extra, ita et illa que est in sensu communi est quasi proles, et illa que est in sensu 25 cernentis est quasi eius parens. Sed ita se habet illa passio que est in visu, quod voluntas, convertens aciem animi ad passionem que est in sensu videntis, coniungit et copulat illam ymaginem cum sua parente extra, scilicet cum specie corporis mediante eius ymagine existente in oculo, et sic fit apprehensio per visum. Ergo se ita debet habere illa 30 impressio que est in sensu communi ad illam formam que est in sensu

2 secundum om. C 4 autem om. V illam om. V 5 secundum quam: quod P 6-7 secundum² . . . alveus om. V 7 alveus: communis qui add. C 8 hoc om. V 9 sunt om. P 10 intellectui: intellectum C 10-11 fit . . . quas om. per hom. C 12 ymaginabilibus: ymaginibus P unica: una C 15 unico: uno V 16 dicitur esse: est C a om. C impressiones: impressionem P 17 ita: isti P diversi: diversa C 18 isti: illi PV esse om. P 19 sic om. C 20 ad . . . extra: ad formam corporis extra V; om. per hom. C 22 speciem om. P in om. C 23 quasi: sicut C extra: erit P 25 Sed: si C 26 voluntas: anime add. V 27 videntis: et add. V 28-29 mediante . . . oculo om. CP 29 se: si P 30 communi: que est add. C

1-2 secundum Aristotelem et alios philosophos: vid. supra, nn. 232, 237.

4-6 Cf. supra, n. 243.

8-9 Cf. supra, n. 242.

17-18 Cf. Avic. *De An.* I. v (6th d).

23 proles, parens: cf. Aug. *De Trin.* XI. vii. 11-12.

videntis, quod voluntas convertens aciem animi ad illam ymaginem que est in sensu communi coniungendo et copulando eam cum ea que est eius parens in oculo existens, habet apprehendere illam que est in oculo, et secundum eandem viam similitudinis currit res inter sensum communem et inter alios sensus exteriores. Ergo mediante sensu communi non fit apprehensio nisi illarum passionum que sunt in sensibus exterioribus; quod patet esse falsum: quoniam per sensum communem fit apprehensio formarum extra que generant suas passiones in sensibus exterioribus.

246. Item. Ut habetur ab Avicenna in commento, alia est vis secundum quam est species impressionis receptio, et alia est vis secundum quam est impressionis recepte retentio, ut patet in aqua est vis receptiva impressionis, sed non vis impressionis recepte retentiva. Similiter in oculo est vis receptiva ymaginis, sed non retentiva; in ymaginatione autem est vis receptiva impressionis fluentis ab ea que est in sensu communi, et licet pereat illa que est in sensu communi, tamen adhuc remanet illa que est in ymaginatione et formata a sensu communi. Ipsa enim constituta in ymaginatione stabilimentum sue permanentie ibi habet a vi retentiva. Est ergo in ymaginatione duplex vis corporalis: una que est receptiva similitudinis corporis extra, et alia vis que est formate similitudinis retentiva, et utraque istarum virium subservit apprehensioni facte per vim ymaginativam. Qua ratione ergo distinguitur ymaginatio secundum vim receptivam debet ipsa distingui secundum vim retentivam.

247. Similiter potest ostendi quod duplex est vis ipsius memorie, et ita plures essent virtutes quam distinguantur, et non esset ymaginatio una sola vis sed plures. Similiter et memoria.

248. Solutio. Ad primum. Dicendum est quod voluntas anime convertens aciem animi ad similitudinem corporis, que est in sensu communi, et coniungens eam cum parente sua, que est in sensu exteriori, non ibi sistit suam apprehensionem, immo cum illa parens sit proles speciei extra, per illam convertit aciem animi ad speciem extra, et propter

1 convertens: convertans P ymaginem: ymaginationem V 3 parens: que est add. V illam: eam V 4 currit: erit C res: ens V 11 impressionis receptio: receptio impressio C 15 autem om. P 18 constituta: instituta CV 19 corporalis: et add. V 20-21 corporis . . . retentiva om. V 20 extra om. C 21 istarum: illarum P 21-22 apprehensioni: apprehensionem V 24 retentivam: receptivam CV 26 distinguantur: distinguuntur V esset: est C 27 una om. P et om. C 30 sensu: communi add. V 31 apprehensionem: impressionem P

10 in commento: i.e. Avic. *De An.* I. v (5rd).

28 Ad primum: cf. supra, n. 245.

vehementem similitudinem que est inter ymaginem et ymaginatum non distinguit anima inter ea; et cum ymaginatio discurrat non tantum circa presentia, immo circa absentia, anima inveniens similitudinem corporis in ymagine copulat eam cum illa quam prius habuit in sensu, et mediante illa cum corpore quod prius vidit.

249. Ad aliud. Dicendum est quod, ut ostensum est, diverse sunt vires, vis receptiva et vis retentiva, et utraque illarum virium subservit ymaginationi. Et sunt ille due virtutes corporales; nec ponendum est illas duas virtutes esse de ymaginatione, nisi dicatur quod ymaginatio sit vis corporis et non vis anime.

XVIII. De ymaginatione

250. Sequitur de ymaginatione. Unde primo loco videndum est quid sit ymaginatio et qualiter distinguatur ymaginatio ab aliis viribus. Ymaginatio est vis ordinata in anterioris partis cerebri extremitate, scilicet in prima concavitate, retinens impressiones receptas a sensu communi. Unde quia vis ymaginativa retentiva est passionum receptarum a sensu communi, que sunt similitudines rerum singularium, per ymaginationem rerum absentium potest fieri apprehensio; sensus autem communis, cum de sua aptitudine non possit retinere ymages singularium receptas a quinque sensibus exterioribus, non potest per eum fieri apprehensio rerum absentium, immo presentium tantum.

251. Sed videtur secundum hoc posse ostendi quod ymaginatio sit idem quod memoria, vel quod frustra sit ymaginatio animali data. Quoniam per memoriam potest idem apprehendi, et eodem modo quod apprehenditur per ymaginationem. Quoniam ymaginatio apprehendit res prius existentes in sensu, et memorie est memorari preteritorum; et ita memorie est apprehendere res secundum quod ipse prius fuerunt existentes in sensu. Vel ergo ymaginatio est idem quod memoria, vel

2 et om. V 4 ymagine: ymaginem P; ymaginatione V 6 est om. P 9 ymaginatione: ymagine P nisi: sibi V dicatur: dicitur V 12 Sequitur: Consequenter agendum est V primo loco: primum P 14 Ymaginatio: dupliciter accipitur apud auctores: uno modo sic: ymaginatio est vis apprehensiva rerum significatarum per singulas dictiones; alio modo, prout hic accipitur ymaginatio add. V 15 retinens: primas add. P 16-17 Unde . . . communi om. per hom. V 17 singularium: extra add. P 18 ymaginationem: vim ymaginativam P rerum: singularium add. P absentium: apud eum. Iterum absentium add. V 19 sua om. V 22 sit: est P 23 ymaginatio: memoria C; ymago P animali om. V 24-25 quod apprehenditur: sicut P 27 ipse om. P 28 existentes om. C

6 Ad aliud, ut ostensum est: cf. supra, n. 246.

14-17 Cf. Avic. *De An.* I. v (5rd).

26-27 Cf. Arist. *De Memoria* I (449^b15-30). Cf. infra, cap. XX.

inanis est ymaginatio, quod constat esse falsum: nihil enim sine causa quod est a creatore rebus est insitum.

252. Solutio. Dicendum est quod virium apprehendentium quedam apprehendunt et operantur simul, ut habetur in commento *de Anima*, quedam apprehendunt et non operantur simul. Apprehendunt et operantur simul, ut vis estimativa et vis memorialis, que apprehendunt res et componunt eas ad invicem vel dividunt. Per memoriam enim fit apprehensio rerum et recordatio quod prius eedem res fuerunt apprehense; unde in ipsa recordatione est compositio; per vim autem ymaginativam apprehenditur solummodo res cuius ymago describitur in 10 subiecto illius virtutis, sed non componendo vel dividendo aliquam passionem in aliquo subiecto fit per eam apprehensio. Unde vis ymaginativa apprehendit simpliciter rem non simul operando.

253. Si quis autem obiciat de hoc quod ymaginatio intuetur rem absentem et sensatam prius, et ita apprehendit rem ut videtur percipi- 15 endo quod ipsa fuit prius in sensu; ergo simul operatur cum sua apprehensione, quoniam rem ymaginatam prius fuisse in sensu quedam compositio est. Dicendum est ad hoc quod licet ymaginatio intueatur rem secundum quod ipsa fuit prius sensata, non tamen est per ipsam perceptio quod res illa prius fuerit in sensu. Illud enim prius in ymagi- 20 nationem non cadit, sed in memoriam.

XIX. De estimatione

254. Sequitur de estimatione. Unde videndum est quid sit estimatio et ad quid sit. Ab Avicenna habetur quod estimatio est vis ordinata in media concavitate cerebri ad apprehendendum intentiones non sensatas 25 que sunt in rebus singularibus et sensibus, diiudicans utrum res sit fugienda propter intentionem si ipsa intentio sit nocitiva, vel appetenda propter intentionem si ipsa sit expediens: ut vis que est in ove diiudicans

1 sine causa om. V 2 quod: que C quod est om. P 3 apprehendentium: apprehensivum P quedam: que V 4 simul om. CV 5 apprehendunt
... simul: non P 6 estimativa: existimativa P 7 componunt: opponunt
CV vel: et P 8 cedem: heedem C 12 in: ab CV 14 de hoc om. P
15 sensatam: sensitiva P 17 fuisse: esse P 18 est om. P ymaginatio om. P
19 fuit: est P sensata: suscepta P 20 perceptio: recordatio V fuerit: fuit C
21 in memoriam: memoria P 23 Sequitur: Restat ut dicamus V 24 sit om.
P habetur: habemus P 25 ad: et P sensatas: sensitivas PV 27 si:
sed P nocitiva: nosciva P appetenda: appetitiva V

1-2 Arist. *De Caelo* I. iv (271^a34): 'Deus et natura nihil frustra faciunt'; *De An.* III. ix (432^b21); xii (434^a31); Avic. *De An.* v. iv (24^{vb}A).

3 Dicendum: cf. supra, n. 251.

4 in commento *de Anima*: i.e. Avicennae, I. v (5^{ra}C).

20-21 Cf. supra, ad n. 251.

24 Avic. *De An.* ibid. (5^{rb}E).

quod ab hoc lupo est fugiendum, et quod huius agni, qui est agnus ipsius ovis, est miserendum. Intentionem appellat Commentator qualitatem singularem non cadentem in sensum, que est vel rei nocitiva vel expediens. Nocitiva, ut illa proprietas que est in lupo propter quam ovis 5 fugit lupum; expediens, ut illa proprietas que est in ove propter quam eam appetit agnus.

255. Sed obicitur. Ymaginatio nihil apprehendit nisi secundum ymaginem quam recipit a sensu communi; similiter sensus communis nihil intuetur nisi secundum similitudinem rei extra formatam in ipso 10 a sensu exteriori. Pari ratione ergo cum estimatio sit vis ordinata post ymaginationem nihil formabitur in instrumento estimationis nisi ab impressione prius formata in ymaginatione, et quicquid est in ymaginatione fit a sensu. Ergo nihil accipitur ab estimatione nisi illud quod prius apprehendebat sensus. Ergo estimatio non intuetur intentionem 15 nisi intuitionis similitudo prius fuerit constituta in sensu. Ergo intentio est res cadens in sensum.

256. Preterea. Cum lupo sit res separata ab ove, qualiter constituetur in estimatione similitudo intentionis existentis in lupo, nisi prius fuerit inmutatio formata ab intentione existente in lupo in sensu 20 ovis, cum sensus sit medium inter sensatum et estimationem? Qualiter enim posset ignis remotus ab homine calefacere hominem nisi aer in medio reciperet calorem a caliditate ignis?

257. Solutio. Dicendum est quod intentio est res accepta ab estimatione non cadens in sensum ut mediante sensu apprehendatur ab anima, 25 ita quod non exigatur vis alia ad intentionis apprehensionem, nec est eius ymago in sensu vel in ymaginatione; sed fit in estimatione ymago intentionis [per] apprehensionem, nec est eius ymago in sensu vel ymaginatione, sed fit in estimatione ymago intentionis non existente aliqua similitudine intentionis in aliquo eorum que sunt inter instrumentum 30 estimationis et subiectum intentionis, sicut superius dictum est de visu,

2 ipsius: huius CV miserendum: miserandum P 3 que: qui P nocitiva: nosciva et deinceps P 5 lupum: eum P est: inest C 7 apprehendit: apprehenditur P 8 recipit om. P 9 extra om. C 11 formabitur: formatur V in om. P ab om. V 12 impressione: estimatione P 13-15 Ergo ... sensu om. per hom. CV 17 res om. P 18 estimatione: ovis add. V similitudo: sumendo P 19 intentione: intuitionem et sic deinceps P existente in lupo om. P 20 cum ... estimationem: et eius ymagine sicut P 21 enim om. P posset: possit V ab homine om. P 25 ita quod non exigatur: quia nec exigitur C ad intentionis apprehensionem om. P 26 in² om. C 27-29 [per] apprehensionem ... intentionis om. PV 29 inter: in V

2 Commentator: i.e. Avicenna ibid. (5^{ra}C).

7 Cf. supra, n. 250.

8-10 Cf. supra, n. 237.

30 superius dictum est de visu: cf. supra, n. 56.

quod ymago rei vise sit in visu, non tamen in aere intermedio est consimilis ymago. Sed quia illud alicui videbitur difficile ad intelligendum potest dici quod similitudo intentionis fit in sensu et in ymaginatione, sed anima secundum eas non apprehendit, quoniam sensus et ymaginatio non sunt nature concordantis cum proprio subiecto intentionis. Sed instrumentum estimationis est consimilis nature cum eo quod est per se et proprie subiectum intentionis, et ideo secundum vim estimativam fit apprehensio intentionis.

258. Item. Ut dictum est superius, per estimationem tum fit compositio tum fit divisio. Sed non est secundum estimationem componere aliqua nisi prius apprehendantur extremitates illius compositionis. Ergo cum ovis secundum estimationem componit in eius anima hoc, scilicet lupum esse fugiendum, prius apprehendit hoc ipsum 'fugere' et rem designatam per hunc terminum 'lupum'. Sed hoc ipsum 'fugere' est universale, et ille terminus 'lupum' significat universale. Sic ergo per estimationem apprehenduntur universalia. Possunt ergo bruta animalia apprehendere universalia.

259. Preterea. Circa compositionem vel divisionem estimationis est veritas vel falsitas. Ergo cum verum sit lupum esse fugiendum ab ove, secundum vim estimationis potest percipi illud esse verum; pari ratione et eius compositum esse falsum. Sic ergo cum per vim estimativam possit perpendi quid sit verum et quid sit falsum, bruta animalia possunt discernere verum a falso; possunt ergo bruta animalia uti mutuo disputationibus.

260. Solutio. Ad primum. Dicendum est quod universalia non possunt apprehendi a brutis animalibus. Estimatio autem non apprehendit nisi singularia; unde secundum vim estimativam non apprehenditur quod a lupo sit fugiendum, sed apprehenditur quod ab hoc lupo sit fugiendum, qui est in sensu, vel prius fuit in sensu; et cum per hunc terminum, 'hoc lupo', significetur singulare, illud quod significatur ulterius per hunc terminum 'fugiendum' trahitur ad singulare per hanc determinationem 'ab hoc lupo'.

1 quod. . . in visu: fit ymago rei vise C 9 per: secundum P 10 fit om. P
14 ipsum: nomen P 15 ille: iste V significat: fugit P Sic om. C 18 vel:
et V estimationis om. P 19 vel: et P 20-21 estimationis. . . vim om. per hom. P
22 sit² om. CV 23 ergo om. V 26 animalibus om. P autem: etiam P
27 apprehenditur: apprehendit visio V 28 quod² . . . apprehenditur om. V
apprehenditur om. P 29 vel. . . sensu om. C 30 illud: id P significatur:
significamus C 31 terminum om. C fugiendum: fugitur P

9 superius: cf. supra, n. 252.

25 Ad primum: cf. supra, n. 258.

27 Cf. Avic. *De An.* IV. i (17^{va-b}).

261. Ad aliud. Dicendum quod licet in vi estimativa sit compositio vel divisio et circa illam sit veritas vel falsitas, non tamen per vim estimativam percipitur ibi esse veritas vel falsitas, sed per intellectum tantum et per rationem. Unde a brutis, etsi percipitur id in quo est veritas vel falsitas, non tamen percipitur ab hiis verum secundum quod verum, vel falsum secundum quod falsum. Non enim apprehendunt veritatem vel falsitatem, cum intellectu careant et ratione.

XX. De memoria

262. Sequitur de memoria. Unde primo videndum est quid sit memoria. Memoria est vis ordinata in posteriori parte concavitatis cerebri recipiens impressiones ab estimatione et eas retinens. Et quia in memoria reponuntur ymages, voluntas convertens aciem animi ad memoriam invenit ibi ymages per quas intuetur res prius apprehensas: unde memoria est ad memorandum prius apprehensa.

263. Sed obicitur. Memoria recolit per ymaginem repositam in suo instrumento res quas prius intuebatur et recolit se prius eas inspexisse. Sed huiusmodi memorari non potest nisi ita sit quod ipsa apprehendat hoc ipsum prius: sed quicquid apprehendit per ymaginem apprehendit. Ergo in memoria est ymago prioritatis.

264. Preterea. Audito nomine prioritatis non apprehenderetur prioritas nisi agnosceretur res que illo nomine significatur; sed non agnosceretur nisi memoria eam retineret. Relinquitur ergo quod ymago prioritatis est in memoria, cum ipsa meminit se illud prius percepisse. Sed nihil imprimit ymaginem in memoria nisi quando ipsa res presens adest. Si ergo in memoria est ymago prioritatis aliquando affuit prioritas in presentia sui ei imponens ymaginem. Ergo tunc potuit vere dici prioritas est, quod est falsum.

265. Preterea. In memoria habet exoriri species ab estimatione, cum estimatio sit proxima vis eius ante. Oportet ergo, cum similitudo

1 dicendum: est add. V 2 vim: viam P 3 ibi om. V 4 per om.
P etsi om. P in quo: quod P 5 hiis: ipso P; ipsis V 5-6 secundum
quod falsum om. V 6 enim: tamen P 7 et ratione om. V 9 Sequitur:
Dicto de estimatione, dicendum est add. V primo: primum P 10 concavitatis:
concavitate P 12 animi om. C 13-14 unde . . . apprehensa om. P
17 huiusmodi memorari: hoc reminisci P ipsa om. PV 21 agnosceretur:
agnoscentur V que: in add. V 23 illud om. P; rem V prius: re add. P
26 ymaginem: ymaginationem P; suam add. V potuit: ponit P 28 exoriri:
exori C 29 eius: ei V cum similitudo: quod in similitudo P

1 Ad aliud: cf. supra, n. 259.

10 Avic. *De An.* I. v (5^{rb}).

12-13 Cf. Arist. *De Memoria* I (449^b10-29).

15 Cf. supra, n. 262: Avic. *De An.* IV. i (17^{vb}).

29 proxima vis eius ante: cf. Avic. *De An.* I. v (5^{rb}).

prioritatis sit in memoria, quod eius ymago prius fuerit in estimatione. Potest ergo estimatio intueri hoc ipsum prius et ita memorari. Ad quid ergo erit memoria, cum estimatio vel ymaginatio posset facere quicquid facit memoria?

266. Item. Videtur quod cognitio rei antecedit memoriam eiusdem rei, quoniam non est memoria nisi eorum que prius ceciderunt in animam et quorum ymages reposite sunt in anima. Sed si reposite sunt in anima, quando ibi reponerentur, novit anima res illas per suas ymages ibi receptas, et ita si quis meminit rem aliquam prius novit illam.

267. Item. Si quis rem agnoscit, meminit se prius inspexisse eam, quoniam non est noscere rem in prima visione rei; et ita sequitur: si agnoscit, meminit, et si meminit, prius novit, ut superius ostensum est. Ergo a primo si agnoscit, prius novit; et ita nulla erit cognitio prima. Qualiter ergo veniet aliquis in cognitione alicuius rei?

268. Preterea. Secundum hoc occurret Menonis ambiguitas, qui dicebat neminem aliquid addiscere nisi id quod ipse prius novit; quoniam si discit, novit in cognitionem eius quod discit; et si cognoscit, meminit illud, et ita si discit, meminit. Et ita a primo non discit aliquid nisi id quod prius novit.

269. Solutio. Ad primum. Dicendum est quod prioritas potest accipi a memoria, quoniam per memoriam recolimus quod prius vidimus res; et ymago prioritatis relinquitur in memoria a presentia, cum res presens imprimit memorie suam ymaginem, et illa ymago que tunc fuit presentie similitudo semper post illud tempus impressionis erit ymago prioritatis et preteritionis. Illud idem enim quod nunc est

1 eius om. C prius om. V 2 memorari: reminisci P 3 ymaginatio: ymago P posset: possit P 5 rei om. P eiusdem: huius V 5-6 eiusdem rei om. P 6 memoria: memori V ceciderunt: cecidere P 7 reposita: recepte C 8 illas: quia add. P 9 ibi: in P receptas: repositas P 9-10 prius novit illam: eam prius novit P 11 agnoscit: noscit P se prius inspexisse om. P eam: illam V 12 noscere: cognoscere V 15 veniet: meminit P in cognitione om. P 16 occurret: occurrit V Menonis: mentionis C Zenonis PV 17 ipse om. P 18 quoniam: quia V novit: venit V eius om. V novit . . . discit: meminit et si meminit, novit C et om. P 20 id om. P 23 presentia: pre facilitate P 25 fuit: est P similitudo: sumendo P semper: similiter V 26 enim om. P nunc: modo PV

5-7 Cf. supra, n. 262.

7-10 Cf. Aug. *De Trin.* xi. vii. 11; *Confess.* x. xv. 23.

11 Cf. Plato *Meno* 81a seq. (iuxta versionem Henrici Aristippi 21 seq.); Aug. *De Trin.* xii. xv. 24.

13 ut superius ostensum est: cf. n. 266.

16 Menonis ambiguitas: cf. Arist. *Anal. Prior.* ii. xxi (67^a21); *Anal. Post.* i. i (71^a29); Cicero *Tusc. Disp.* i. 24. 57.

21 Ad primum: cf. supra, nn. 263-6.

presens post hoc erit preteritum, et dicetur fuisse prius in quolibet tempore quod modo est futurum.

270. Ad aliud. Dicendum est quod hec hypotetica vera est: si agnoscit, meminit; sed hec non tenet: si meminit, prius novit. Contingit enim reponere multas ymages in memoria rebus tamen ymaginum non notis. Non enim cognoscitur res per unicam apprehensionem, immo per multas.

271. Item. Quicquid intuetur memoria, intuetur per ymaginem repositam in subiecto memorie; sed contingit aliquem recolere quod illa ymago est in aliquo subiecto; sic ergo intuetur memoria suum subiectum. Sed aliud est ymago et aliud subiectum ymaginis. Ergo in ipso subiecto memorie, quando illud memoria intuetur, est ymago representans illud subiectum. Queritur ergo a quo causetur illa ymago in esse; non nisi a re cuius est illa ymago, et illa res est subiectum in quo ipsa est ymago. Ergo ipsum subiectum constituit in esse suam ymaginem que in ipso est; ergo idem in seipsum agit, quod esse non potest.

272. Item. Memoria meminit quandoque se meminisse, et ita memoria meminit memoriam meminisse. Intuetur ergo memoria seipsam; intuetur etiam hoc ipsum meminisse. Invenit ergo duas ymages per quas apprehendit illa duo: aliter enim audito hoc, scilicet memoriam meminisse, non acciperet illud quod significatur per illas voces. Queritur ergo qualiter ille due ymages formentur in subiecto memorie, cum estimatio eas prius non apprehenderit.

273. Ad primum. Dicendum est quod memoria apprehendit subiectum illud in quo reponuntur ymages sine ymagine representante illud subiectum. Quoniam illud subiectum semper presto est ipsi memorie; se meminisse autem meminit per ymaginationem illius rei cuius rei per illud meminisse fuit recordatio; quoniam per illud meminisse fuit recordatio in effectum; quoniam per illud meminisse fuit firmiter insita

1-2 et . . . futurum om. V 3 hec om. C 5 reponere: imponere V 6 notis: usitatis C 9-10 quod . . . est om. C 10 sic ergo: et sic C 11 et om. C 12 memorie: memoria P 14 illa¹ om. C res est om. V in: vel P ipsa: illa V 15 ipsum om. C 17 quandoque: quoniam P 19 etiam: ergo C hoc ipsum: se ipsam P invenit: inveniat V 20 enim: autem V audito: audit P scilicet: sed P 21 acciperet: accipiet P significatur: signamus P ergo om. P 22 qualiter: quare C ille om. CP due: duas C formentur: orientur P 23 eas: ea P apprehenderit: apprehendit C 25-26 illud¹ . . . subiectum om. V 25 reponuntur: reponit C 26 Quoniam: Quia V Quoniam illud subiectum om. P 27 ymaginationem: ymaginem V illius rei om. P 28 quoniam: cum add. V fuit²: fuerit V 28-29 fait² . . . meminisse om. P 29 effectum: effectu V quoniam om. V

3 Ad aliud: cf. supra, nn. 267-8.

17-18 Cf. Aug. *Confess.* x. xiii. 20.

24 Ad primum: cf. supra, nn. 271-2.

24-p. 74, l. 4 Cf. Aug. *ibid.* xv. 23.

illa ymago in memoria; et cum illud meminisse fuerit a memoria per apprehensionem eius quod est meminisse, intuetur memoria seipsam per effectum procedens ad suam causam: causata enim sunt suarum causarum vestigia.

274. Si autem queritur quare ita sit quod memoria meminit se 5 meminisse et visus non videre possit se vidisse, Dicendum est quod hoc contingit quia in memoria reponuntur ymagines, et manent rebus absentibus. Ideo memoria est eorum que prius intuebatur anima, visus autem est non retinens ymagines rerum visarum. Immo absentibus rebus visibilibus absunt earum ymagines a visu; et ideo visus est presentium 10 tantum, et non potest visus videre se vidisse, sicut memoria se meminisse.

275. Sciendum autem quod Aristoteles distinguit in fine libri *de Anima* inter memorari et reminisci dicens: 'Differt autem ab ipso memorari reminisci non solum secundum tempus, sed quoniam ipso memorari et homines et multorum aliorum animalium participant 15 multa. Sed reminisci nullum animalium que cognoscuntur nisi homo. Causa autem est quia reminisci est ut syllogismus quidam, quod aliquis prius vidit aut audivit aut aliquid huiusmodi passus fuit.' Hinc habetur quod reminisci est universalium tantum, memorari est et universalium et singularium, et ideo Aristoteles in eodem libro *de Anima* dicit quod 20 'meditationes salvant memoriam in reminiscendo'.

XXI. *Utrum sit reminisci oblivionis*

Sequitur videre utrum quis possit reminisci oblivionis et memoria accipere oblivionem quod contingit per memoriam.

276. Quod possit, videtur posse haberi per hoc quod quis meminit 25 se scivisse aliquid et oblitum esse eiusdem, sed recolendo se oblitum esse eiusdem meminit oblivionem.

277. Sed obicitur. Oblivio est repositio ymaginis in memoria deletio: inventum enim in memoria sui presentia delet. Sic ergo cum ipsa sit destructio eiusdem quod memoria habet reminisci, memoria recolere 30

2 quod: que C 8 Ideo: Item V intuebatur anima: intuebantur animam P
9 ymagines: ymāg P; māg C 12-21 Sciendum . . . reminiscendo om. P
23 videre: ut videamus V utrum: qualiter P 23 memoria om. C 24 quod
contingit om. C 25 possit, videtur posse: potest P 26 sed: et C
27 eiusdem om. V 28 est: et C deletio: delectio C 29 inventum:
notatum P sui: sua P delet: delit P 30 eiusdem quod: eius que P memo-
ria habet om. V

9-10 Cf. Algazel *Metaphys.* II. IV. 5 (173).

12-18 Aristoteles . . . de Anima: i.e. *De Memoria* II (453^a6-11).

20-21 Arist. *ibid.* I (451^a12-13).

25-27 Cf. Aug. *Confess.* X. XVI. 24.

28-p. 75, l. 2 Cf. Aug. loc. cit.

oblivionem non potest. Ipsa enim oblivio est ymaginis privatio per quam habet fieri recordatio. Ergo eius non erit ymago in memoria; ergo memoria non potest intueri oblivionem, cum non inveniatur ymaginem que sit signum et vestigium oblivionis.

278. Preterea. Quando oblivio presto est, oblivio est privatio memorie; sed si memoria aliquid accipit recolendo non privatur memoria. Ergo, cum oblivio sit privatio memorie, memoria reminisci non potest oblivionem, quod experimento percipimus esse falsum.

279. Solutio. Dicendum est quod si aliqua res sit totaliter oblita, non 10 potest memoria recolere se oblitam esse illius rei. Sed si memoria partem illius rei teneat, et eam non perfecte teneat, propter illum defectum recolit se oblitam fuisse illius rei, et per illam partem que retinetur a memoria, meminit memoria se prius scivisse illam. Ut si aliquis sciverit aliquam propositionem per aliquod medium quod fuerit ratio 15 illius scientie potest retinere memoria ymagines illius propositionis, deleta ymagine representante medium illi propositioni appropriatum; retinebit tamen ymaginem medii in universali, et erit deletio ymaginis ipsius specialis medii in particulari. Unde per ymaginem medii in universali recolet memoria quod animus per aliquod medium habuit 20 scientiam ipsius propositionis; sed propter defectum illius similitudinis medii particularis appropriati illi propositioni recolit memoria se oblitam fuisse per quod medium animus venit in scientiam propositionis.

280. Item. Animus potest convertere se ad ymaginem repositam in memoria intuendo ibi esse ymaginem, eo quod aliter non esset cogitare 25 de rebus absentibus et nimis distantibus nisi per ymagines presentes que sunt similitudines earum rerum, quas intuendo animus cogitet de rebus quarum ille ymagines sunt signa et vestigia; sicut ymago in speculo est signum rei cuius ipsa est signum et vestigium. Sed sicut anima percipit ymaginem presentem ei representantem rem absentem, ita potest 30 est memoria postea recolere animum cogitasse de illa ymagine, et ita memoria recolit ibi esse ymaginem. Sed illud quod intuetur memoria,

1-2 per . . . recordatio om. P 2 erit: est C 8 quod om. P 10 illius:
ipsius P 11 illius om. P 13 Ut: Nec V aliquis: quis P 16 represen-
tante: representate P 18-19 in universali: nihil C 20 illius similitudinis
om. C 21 recolit: recolet P 22 venit: venerit P 23 repositam:
receptam P 24 esse om. V cogitare: cognoscere P 26 sunt om. P cogitet:
cognoscit P; cogitat V 27 quarum: quare P sicut: sed cum P 29 ei om.
CV 30 cogitasse: cognovisse P

9 Dicendum: cf. supra, nn. 277-8.

9-10 Cf. Aug. *De Trin.* XI. VII. 12.

10-13 Cf. Avic. *De An.* IV. III (19^{vb}); Aug. *De Trin.* loc. prox. cit.; *Confess.* X. XIX. 28.

23 Cf. Aug. *De Trin.* XI. VIII. 13 (994-5).

intuetur per ymaginem; ergo, cum memoria ipsam intueatur ymaginem, per illam ymaginem ipsam inspiciet. Sic ergo ymaginis existentis in memoria erit aliqua ymago in memoria, et iterum pari ratione illius secunde ymaginis erit tertia ymago, et sic deinceps in infinitum.

281. Item. Si ymago habeat ymaginem, aut prima constituet secundam per se aut per accidens. Si per se, pari ratione et secunda tertiam, et tertia quartam per se, et sic in infinitum. Sed si aliquis per se et proprie est causa alicuius secundum quod ipsum est, ipso existente existit eius effectus. Cum eo ergo erunt simul constitute in effectum infinite ymages in memoria; quod esse non potest, quoniam ubi est infinitas ibi non est terminus. Si per accidens, queritur per quod accidens, et per quid aliud ab ipsa ymagine constituetur ymago ymaginis in memoria non est assignare.

282. Item. Queritur qualiter Deus, qui est prima causa omnium, ab anima accipiat in intellectu eius et memoria. Quod non per ymaginem sic ostenditur.

283. Finitum et infinitum sunt dissimilia; quolibet ymago est finita, prima causa omnium est infinita; ergo prima causa nullam habet ymaginem sui representantem seipsam; ergo primam causam non intuetur per ymaginem anime intellectus nec memoria.

284. Item. Quicquid intelligitur, vel quod est intelligibile, est intelligibile vel per materiam vel per formam. Sed prima causa omnium, hoc est Deus, nullam habet materiam nec formam. Ergo prima causa omnium est incomprehensibilis et supra omnem rationem et intellectum. Sed nihil significamus nisi id quod intelligimus et preconcepimus antequam idem significemus. Ergo cum prima causa non sit intelligibilis, prima causa non est significabilis; ergo prima causa significari non potest. Quid ergo significamus per hoc nomen 'Deus'?

285. Solutio. Ad primum. Dicimus quod ymaginis existentis in memoria non est alia ymago. Cum enim illa ymago sit presto illi

1 memoria: ipsa P ipsam om. P intueatur: inspicit CV 2 illam: aliam C ipsam: eam P inspiciet: inspicit C 4 ymaginis: ymages V et sic om. V 5 Item: Similiter V constituet: constituit C 7 et sic om. C 9 effectum: effectum C 11 queritur... accidens om. V 12 constituetur: constituitur P 14 Item: Similiter V qualiter: quare V 15 eius om. V ymaginem: ymages P 18 infinita: finita V 19 seipsam: ipsam C 20 anime intellectus: anima P; anime om. V 21 vel quod: quod etiam P 21-22 est intelligibile om. C 23 hoc: que C nec: vel P formam: quia ipse est supra omnem formam et supra omnem materiam add. V 24 rationem: propositionem P 25 et: quod add. P preconcepimus: preconcepimus P 26 idem significamus: illud significamus P prima: ipsa V 29 dicimus: dicendum P

7-9 Cf. Arist. *De Gen. et Corr.* II. x (336^a27-28).

29 Ad primum: cf. supra, nn. 280-1.

memorie, ipsa memoria seipsa eam intuetur; sed res extra per ymages inspicit.

286. Ad aliud. Dicendum est quod primam causam non intuetur anime acies tantum per ymages intus habitas, sed per res apprehensas extra que sunt effectus cause prime: creature enim sunt signa et vestigia creatoris. Sic ergo anima intelligendo creaturam venit in intelligentiam creatoris, et per cognitionem boni quod hic est venimus in cognitionem summi boni, et per cognitionem vite que apud nos est, et gaudii quod hic est, venimus in intelligentiam vere vite.

287. Item. Contrariarum causarum contrarii sunt effectus: ut caliditas et frigiditas; sed duo contraria simul non possunt esse in eodem; ergo duo contrarii effectus simul non possunt esse in eodem. Sed letitia et tristitia contrariantur ad invicem; ergo earum effectus simul non possunt esse in eodem.

288. Sed contra. Ut prius ostensum est, in memoria reponuntur ymaginationes ad quas voluntas convertens aciem animi intuetur res quarum sunt ille ymages; unde memoria est quasi venter animi et sinus. Sed huiusmodi ymaginationes exoriuntur in memoria a rebus quarum sunt ymages. Ergo sicut res sunt contrarie et ita earum ymages sunt contrarie. Ergo in memoria non sunt simul et semel reposite ymages letitie et tristitie, albi et nigri, quod falsum est.

289. Preterea. Aliquis existens in letitia potest recordari tristitie, et e contrario; sed letitia et tristitia sunt contraria; sunt ergo affectiones contrarie in anima, quod esse non potest.

290. Item. Per memoriam fit intuitio rerum prius apprehensarum; sed sicut contingit aliquem recolere se prius apprehendisse res sensatas, ita potest aliquis recolere se apprehendisse universalialia, ut genera et species que sensibilia non sunt, sed solum intelligibilia. Accipit ergo memoria universalialia ea intuendo sicut sensibilia. Sed, ut habetur

1 seipsa eam: ipsam P 3 est om. P 4 anime... tantum: anima P 5 cause: esse P 6 Sic: Et sic V creaturam: creatorem P 7 cognitionem: cognitionem V 9 vere: beate P 10-11 caliditas et frigiditas: caliditatis et frigiditatis C 11 contraria om. C 13 simul om. C 15 prius: superius P 16, 18 ymaginationes: ymages V 19 Ergo sicut res: Sed si cause CV et ita om. CV 22 aliquis: aliquid C 26 sicut: si V 27 se: prius add. V

3 Ad aliud: cf. supra, nn. 282-4.

5-9 *Rom.* I. 20; *Sap.* xiii. 1-5; cf. Aug. *De Trin.* xv. ii. 2-3.

10 Arist. *De Gen. et Corr.* II. x (336^a31).

11 Arist. *Physic.* v. vi (230^b30-31).

15 Ut prius ostensum est: cf. supra, n. 262.

17-18 quasi venter animi et sinus: cf. Aug. *De Trin.* xii. xiv. 23: 'Quasi glutens in ventrem ita in memoria reposuerit, poterit recordando quodam modo ruminare, et in disciplinam quod sic didicerit traicere'. Vid. etiam *Confess.* x. xiv. 21: 'memoria quasi venter est animi'.

ab Augustino et ab Aristotele, bruta animalia habent memoriam qua contingit ipsa memorari, ut per memoriam redeunt apes et aves ad suas mansiones; et in memoria convenimus cum eis. Possunt ergo bruta animalia per memoriam intueri universalia, quod esse non potest cum intellectu careant et ratione.

291. Solutio. Ad primum. Dicendum est quod bene possunt in memoria simul reponi ymagines duorum contrariorum; nec tamen ille ymagines contrarie sunt, quoniam ipsi non sunt immediati effectus contrariorum, immo valde remoti effectus.

292. Et si quis obiciat: immediati effectus contrariorum sunt contrarii, et illi effectus habent iterum alios effectus immediatos, et illi erunt contrarii; et sic erit percurrere usque perveniatur ad ymagines repositas in memoria, et ita iterum erunt ille ymagines contrarie.

293. Ad hoc. Dicendum est quod contrarietas est in eis que sunt activa et passiva ad invicem, ut in calido et in frigido; sed tantus potest fieri cursus in causatis causantibus alia ex se quod tam debilis esse erunt aliqua causata quod non possunt causare aliqua contraria, ut patens est in grosso exemplo. Ignis calefacit aerem sibi proximum, et ille aer calidus sibi proximum, et ita percurrit inmutatio caloris in aere quod in tantum est debilis esse ipse calor quod non potens est ex se generare calorem, sed tepiditatem; et tepiditas semper secundum distantiam a suo ortu diminuetur: unde in tantum potest debilitari quod ex se non generat similem inmutationem; quoniam illud causatum quod est posterioris esse habet esse debilius et instabilius: ut patet in hominibus qui sunt secundum temporis successionem posterioris esse quam sui antecessores, et ideo sunt debilioris esse, quia magis recedunt a suo primo ortu. Et cum debilior sit eorum natura in posterioribus semper

1 ab² om. P qua: contra V 6 est om. V 7 simul om. V 8 effectus om. V 9 remoti: rememorati C 10 Et om. PV 11 iterum om. CV et² om. P 12 usque: donec V 13 iterum om. P ille: due add. V 15 in² om. P 16 causatis causantibus: creatis creantibus V 17 aliqua¹ om. CV causata: creata add. possunt: potuerunt P 18 aerem: aera P 19 inmutatio: mutatio P aere: aera P 20 in om. P 23 ex se: ex in se V similem: consimilem V 24 habet esse om. C instabilius: quam res antecedens add. V 25-26 qui . . . antecessores: secundum posterioris esse secundum temporis successionem quam homines anterioris temporis V 26 debilioris: debiliores V 27 ortu: omnis enim causa prima magis est influens super creatum primum quam super secundum add. V

1 ab Augustino: *Confess.* x. xvii. 26: 'Habent enim memoriam et pecora et aves, alioquin non cubilia nidosve repeterent, non alia multa, quibus assuescunt; neque enim et assuescere valerent ullis rebus nisi per memoriam'. Cf. *Contra Epistolam Fundamenti* xvii (185). ab Aristotele: *De Memoria* i (450^a15-19); ii (453^a8).

4 universalis: cf. supra, n. 258.

6 Ad primum: cf. supra, n. 287.

14-15 Cf. Arist. *De Gen. et Corr.* ii. ii (329^b24).

quam in prioribus secundum quod alia fluunt ex aliis, contingit quod facilius corrumpitur res huius speciei 'homo' in hoc tempore quam in tempore propinquo post creationem hominum. Sed ipsius nature est conservare suam speciem in esse, ut nature hominis est conservare hominem in esse. Et ideo ne species deficiat propter facilitatem corruptionis singularium, eo quod minoris durationis sunt modo singularia quam prius fuerunt, natura plus et plus multiplicat singularia. Et ideo contingit quod secundum temporis successionem semper in posteriori etate, quantum est ad viam nature et intentionem, debent plures esse homines quam in precedenti etate ut salvetur species in illa multitudine. Sed si aliquis homo esset semper durans et immortalis, cum in eo posset hec species 'homo' salvari, natura hominis non multiplicaret singularia, sicut natura solis non producit plures soles, quia hec species 'sol', in sole qui nunc est, salvatur propter eius perpetuitatem et incorruptibilitatem.

294. Ad aliud. Dicendum est quod affectio et forma cogitata non sunt contrarie; ut quando aliquis letatur, tunc est letitia eius animi affectio, et si in eodem tempore recolat tristitiam prius habitam est illa tristitia cogitata et eum non afficiens.

295. Ad ultimum. Dicendum est quod fortior et subtilior est memoria in homine quam in brutis animalibus propter intellectum, qui est in homine, qui accipit formas universales; et memoria potest postea easdem accipere, cum quolibet vis apprehensiva in homine sit vis illius anime que est rationalis. In homine enim illud efficit solum anima rationalis, que est et sensibilis, et etiam plus quam in brutis efficiat anima sensibilis. Bruta autem animalia carent intellectu, et ideo bruta animalia debilioris sunt memorie quam rationalia. Simile contingit in

2 facilius om. V homo om. C tempore: quod nunc est add. V 2-3 in tempore om. P 7 fuerunt om. CV multiplicat: multiplicent P 11 esset om. P 14 est om. P 16 affectio: mentis affirmacio P cogitata: excogitata P 18 illa: ipsa V 20 memoria om. V 23 sit: sed C 24 illud efficit: operatur C 25 que . . . sensibilis om. P sensibilis: et vegetabilis add. V 25-26 et etiam . . . sensibilis om. per hom. V 25 quam: quod P efficiat: efficit P 26 intellectu: et cellula memorialis in homine est maioris siccitatis quam in brutis animalibus, et ideo magis viget retentio apud memoriam hominum quam apud memoriam brutorum animalium add. V

3-11 Cf. Arist. *De An.* ii. iv (415^a29-^b7).

16 Ad aliud: cf. supra, nn. 288-9.

20 Ad ultimum: cf. supra, n. 290.

22 formas universales: cf. supra, n. 260.

26-27 Cf. supra, n. 275.

27-p. 80, l. 2 Arist. *De An.* ii. ix (421^a9-13): 'Sensum hunc non habemus certum, sed peiorem multis animalibus. Prave enim odoratur homo, et nihil odoratur odorabilem sine letitia et tristitia, sicut non existente certo eo quo sentimus'; cf. *De Sensu* v (444^b6-13); Avic. *De An.* ii. v (8^bA-9^aB).

sensibus, quoniam odoratus fortior est in uno animali quam in alio, ut in cane quam in homine.

XXII. De anima rationali

296. Sequitur de anima rationali et de eius viribus. Primo autem loco querendum est utrum anima rationalis sit corporea vel incorporea. Quod sit incorporea sic ostenditur. Ab anima rationali habemus quod ratiocinamur et intelligimus. Si ergo anima rationalis sit corpus, a corpore habemus quod ratiocinamur et intelligimus. Sed hoc non est a natura corporis in quantum est corpus, quoniam secundum hoc omne corpus ratiocinaretur et intelligeret. Ergo quod ratiocinamur et intel-
ligimus non debetur nature corporis ergo debetur alii, et illud, quicquid sit, est anima rationalis; ergo anima rationalis non est corpus, nec natura corporis.

297. Item. Si anima rationalis est corpus. Sed omne corpus est animatum vel inanimatum. Ergo anima rationalis, si ipsa sit corpus, ipsum est animatum vel inanimatum. Si animatum, ergo habet animam, et illa anima iterum aliam animam, et sic in infinitum. Si inanimatum, hoc esse non potest, quia secundum hoc nunquam conferret vitam.

298. Preterea. Aristoteles in libro *de Generatione et Corruptione* pro inconvenienti habet aliquod corpus esse non sensatum. Sed si anima esset corpus, aliquod corpus esset non sensatum; nulla enim anima sensu apprehenditur. Relinquitur ergo quod anima non est corpus.

299. Preterea. Unumquodque corpus aliquibus formis sensibilibus afficitur, ut vel tangibilibus vel visibilibus, et sic de aliis. Sed anima nullis formis sensibilibus afficitur; ergo nulla anima est corpus.

300. Quod ipsa sit corpus sic ostenditur. Contingit hominem apprehendere spatia terrarum que ipse prius videbat et de illis cogitare. Sed non posset aliquis ita intueri nisi per ymages in memoria repositas,

1 sensibus: sensibilibus P quam in alio om. P 4 de² om. C 4-5 autem . . . est: ergo queritur P 6 sit incorporea: non sit corporea C quod: quidem V 8 a: de V 10 ratiocinamur: ratiocinemur P 12 sit: illud add. V ergo anima rationalis om. C 14 est: sit C 15-16 Ergo . . . Si animatum om. C 16-18 Si animatum . . . vitam intervertit P: Si inanimatum . . . vitam. Si animatum . . . infinitum. 17 iterum: habet add. V Si: est add. V 19 De Gen. et Corr.: Generationis et Corruptionis P 21 anima om. C 24 ut vel . . . aliis om. C 24-25 Sed anima nullis: nulla anima aliquibus C 27 cogitare: cognoscere P 28 ita: ista V

4-9 Cf. Avic. *De An.* v. ii (22^{va}), et supra, n. 30.

14-18 Cf. Costa ben Luca *De Differentia Animae et Spiritus* iii (132); Gundiss. *De An.* ii (40); Alanus de Insulis *Contra Haereticos* i. xxvii (329B).

19-20 Arist. *De Gen. et Corr.* i. v.

23-25 Cf. Arist. loc. cit.; Costa ben Luca ibid. (131); Gundiss. loc. cit.; Alanus loc. cit.

cum illa que ipse intuetur memorando sint ab eo remota et absentia; ut aliquis iacens in lecto et cogitans metitur terre quantitatem per spatium et radium firmamenti et spatium signorum; sed non contingit metiri nisi per dimensionem. Ergo oportet quod ipse ymages rerum extra per mutationem quarum anima metitur ymaginata habeant aliquam dimensionem, ut si mensuraret in longum, est ibi porrectio; si in latum, est ibi in duas partes distentio. Sed ille ymages sunt in anima ut in subiecto; ergo cum ille ymages dimensiones habeant in longum et in latum et in spissum, et ipsa anima easdem habebit dimensiones; et anima est substantia et habens secundum hoc triplicem dimensionem; ergo anima est corpus.

301. Item. Anima est in corpore: aut igitur est intrinsecus aut extrinsecus, aut partim intra, et partim extra. Si totaliter forinsecus, non esset vivibilis vel vegetabilis intra. Si totaliter intrinsecus, non sentiret stimulum pungentem vel calorem in extremitatibus corporis. Ergo ipsa anima secundum quid est intra et secundum quid in extremitatibus. Sed simul et semel non potest esse in eodem instanti et hic et ibi totaliter secundum sui essentiam; ergo secundum aliquam sui partem est hic, et secundum aliquam sui partem est ibi. Ergo tanta est anima quantum est ipsum corpus in quo est vita et tactus. Ergo habet triplicem dimensionem; ergo ipsa est corpus, quod esse non potest, quoniam secundum hoc duo corpora essent simul in eodem loco, vel unum corpus divideretur omnino in infinitum, ut illud corpus in quo est anima divideretur in infinitum per subintractionem anime, cum non esset sumere aliquam ita parvam partem corporis animati in qua non esset pars anime.

302. Preterea. Si anima sit corpus et est in corpore, aut illa duo corpora sunt continua, aut contigua; sed sive sic sive sic, erit secundum hoc sumere aliquam partem ubi erit aliqua pars anime contiguata vel continuata parti corporis quod non est anima. Ergo cum ibi non sit anima ubi ulla pars corporis est, in illa parte corporis non est anima, et ita illud corpus non est vegetatum.

1 eo: ea P remota: rememorata C 2 et cogitans: cogitando V metitur: metiri P 3 et radium om. C 4 rerum: que sunt add. V 6 mensuraret: mensuretur P; mensuret V in: ibi P porrectio: inporrectio V 7 ibi om. V in om. P distentio: distensio P 8 dimensiones: dimensionem P 9 et³ om. V 11 ergo om. C 12 aut: vel V igitur om. P 13 intra . . . extra: intrinsecus et partim extrinsecus P et: aut C 14 vivibilis vel vegetabilis: utile P; vivibile vel vegetabile V; vivibilis vel vegetabile C 15 extremitatibus: extremitatem V 16 intra: intrinsecus P et om. CV 17 et² om. C 19 hic . . . est² om. V tanta: tantum V 23 in¹ om. P 24 in: per V subintractionem: subtractionem P sumere om. V 25 aliquam ita parvam partem: aliqua parva pars V esset: esse P 29 quod: ubi V 30 ubi ulla: ut V ulla: est ibi P est² om. P 31 vegetatum: vegetativum P

12-19 Cf. Guill. de S. Theod. *De Natura Corporis et Animae* II (712).

303. Solutio. Dicimus quod anima est substantia incorporea. Et ad primam objectionem, Dicendum est quod quando anima metitur spatia terrarum vel spatia firmamenti per ymagines eorum ad quas ipsa se convertit, tunc sunt ipse ymagines repositae in cellula memoriali, que corporea est, et non in ipsa anima. Sole enim ymagines intelligibiles reponuntur in anima.

304. Ad aliud. Dicendum est quod cum anima habeat esse in corpore ut in eo adquirat suam perfectionem per adeptionem virtutum et scientiarum semper convertit suas intentiones ad ymagines repositas in corpore que assimilantur rebus extra, ut per intuitionem earum ratione mediante sibi adquirat scientias et virtutes. Nec oportet quod anima sit ibidem sita ubi illa sita est ymago quam ipsa intuetur, sicut si videam parietem, propter hoc non sum in pariete. Unde quamvis anima sentiat in extremitate corporis stimulum pungentem, propter hoc non est anima ibidem existens secundum essentiam in extremitate illius corporis.

305. Sed obicitur. Illa potentia percipiendi qua anima percipit et intuetur passiones in extremitate corporis constitutas et in cellula cerebri, aut est in anima ut in subiecto, aut in corpore ut in subiecto. Si in corpore ut in subiecto. Contra. In corpore est potentia recipiendi illas impressiones et in corpore est potentia easdem percipiendi. Ergo qua ratione dicitur de corpore vere quod ipsum recipit illas passiones, de corpore potest dici vere quod ipsum percipit easdem. Ergo vel ipsum corpus est ipsa anima, vel frustra est ipsa, cum corpus posset exercere easdem operationes quas anima exerceret. Si potentia percipiendi sit in anima ut in subiecto, et potentia recipiendi passiones extra sit in extremitatibus corporis, queritur qualiter anima possit percipere passiones illas cum in illa non sit ibi presens.

306. Similiter queritur, cum corpus omnino vegetetur ab anima,

3 spatia om. P 4 tunc om. P 5 enim om. C intelligibiles: intelligibilium P
7 habeat: habet V 8 eo: ea C adeptionem: adoptionem C
10 intuitionem: intentionem V earum: eorum P 11 adquirat: adquiratur C
12 intuetur: eam add. C 15 secundum essentiam om. V essentiam: existentiam P
17 et om. P 18 extremitate: illius add. V cellula: cellulis P
19 aut²: est add. V 20 recipiendi: percipiendi P 21 easdem percipiendi: percipiendi eandem P
22 recipit: percipit V 23 percipit: percipitur P 24 ipsa¹: ipsum P
27 anima: illa V 28 in om. C illa: ipsa P ibi presens: in presens ibi P

1-2 ad primam objectionem: cf. supra, n. 300.

4-6 cellula memoriali: cf. Avic. *Canon* I. fen. i, doct. 6, summa 1, cap. 5 (76^{rb-vb}): '... que est virtus conservativa et memorialis. Et est thesaurus eius ...'.

7 Ad aliud: cf. supra, n. 301.

7-11 Cf. Avic. *De An.* v. i (22^{vb}); Algazel *Metaphys.* II. v. 3 (185). Cf. infra, nn. 324, 336.

qualiter totum corpus habeat vegetationem ab ipsa nisi ipsa distendatur per illud totum.

307. Ad hoc diceret forte aliquis quod hoc est per transmissionem spirituum vitalium. Contra. Illi spiritus aut sunt corporei, aut incorporei; aut animati, aut inanimati. Si animati: ergo habent animam; et ita occurrit precedens dubitatio de ipsis. Si inanimati: ergo vitam conferre non possunt, vel vegetationem. Si sunt non corporei, aut sunt substantie, aut non. Si sunt substantie, qualiter transmittuntur nisi vitam habeant, et etiam locum obtineant. Si non sunt substantie: ergo accidentia sunt: ergo transmitti non possunt, quia accidentia non possunt permutare suum subiectum.

308. Solutio. Dicimus quod potentia percipiendi est in anima ut in subiecto, et potest intueri passiones corporis, licet ipsa ibidem non sit cum ipsis passionibus presens secundum sui essentiam; quia, ut assignata est ratio superius, ipsa semper, ut suam habeat perfectionem, habet convertere suas intentiones ad inmutationes formatas in corpore, et omnes illas potest intueri inclusa in corpore habens se ad similitudinem centri. Sicut enim si centrum esset oculus videret totam circumferentiam, et si esset illa circumferentia speculum, ipse oculus posset videre ymagines usquequaque parte circumferentie constitutas in speculo, et tamen non esset ipse oculus actu existens secundum sui essentiam in unaquaque parte ipsius circumferentie. Similiter anima existens in corpore potest intueri ymagines formatas in ipso corpore, non tamen erit presens secundum sui essentiam cum ipsis ymaginibus.

309. Ad aliud. Dicendum est quod, licet vegetatio per totum corpus sit, non tamen oportet quod anima distendatur per totum corpus. Sicut si centrum circuli esset igneum, ipsum illuminaret totum circulum, et illuminatio procedens ab ipso distenderetur per totum; et tamen ipsum

1 corpus om. P 3 aliquis: quis P hoc om. C transmissionem: transmutationem P
4 corporei: corpora P 4-5 incorporei: non corpora P
aut incorporei om. V 5 animati^{1, 2}: animata P inanimati: inanimata P 6 de: ex C inanimati: inanimata P
8 sunt om. P transmittuntur nisi: transmutantur in P
9 obtineant: habeant C sunt om. P 10 transmitti: transmutari P
11 permutare: transmutare V 13 ipsa om. P 16 convertere: convertens V
17 potest: ipsa add. V similitudinem: dissimilitudinem P
19 si om. P 20 parte om. V 20-22 constitutas ... circumferentie om. per hom. C
26 aliud: hoc P 27 tamen om. V 28 si centrum: intelligere quod totum P

3-4 per transmissionem spirituum vitalium: cf. Costa ben Luca ibid. i-ii (121-30); Guill. de S. Theod. ibid. i (700b-701c); Guill. de Conchis *Dragm.* vi (268-9); Alfredus Anglicus *De Motu Cordis* x (37-45).

6 precedens dubitatio: cf. supra, n. 305.

15 superius: cf. n. 304.

26 Ad aliud: cf. supra, n. 306.

centrum simplex est carens quantitate et non distensum. Similiter ab anima est vegetatio in totum corpus procedens et distensa per totum, non tamen ipsa anima distensionem habet. Sol autem totum mundum illuminat, non tamen est secundum sui essentiam ubique presens ubi est eius illuminatio.

Ostensum est autem per premissa quod anima est incorporea substantia.

310. Sed forte dicet quis quod in homine tres sunt anime diverse, scilicet anima vegetabilis, qua convenit homo cum arboribus et plantis; et anima sensibilis in qua convenit homo cum brutis animalibus; et anima rationalis in qua convenit homo cum angelis et ceteris intelligentiis. Dicet etiam quod anima rationalis est incorporea, sed anima sensibilis et anima vegetabilis sunt corporee et distenduntur per totum corpus vegetatum quod tactu utitur.

311. Contra. Demonstretur aliqua pars extrema corporis vegetati et sentiens, ut digitus. Inde sic. Hoc est corpus animatum et sensibile, quia est vegetatum et utens sensu, quia tactu, et corpus animatum sensibile convertitur cum animali. Ergo cum illud corpus sit animatum, sensibile, ipsum erit animal, quia hec est definitio animalis: animal est corpus animatum sensibile. Sed illud est digitus hominis; ergo digitus hominis est animal. Sed eodem modo potest ostendi de infinitis partibus hominis, quod ipse sunt animalia. Sic ergo essent de integritate hominis infinita animalia contigua vel continuata ad invicem.

312. Item. Anima sensibilis est substantia corporea, ut dicit Respondens, et distenditur per totum corpus hominis. Sed aliud est corpus quod est vegetatum, et aliud anima sensibilis, que est dans sensum; et anima vegetabilis que est vegetans est aliud. Ergo cum tam anima sensibilis quam anima vegetabilis sit substantia corporea, que est in corpore sensato, vel sunt ibi diversa corpora simul in eodem loco circumscripto, vel unum corpus aliud corpus subintrat. Sed duo corpora in eodem loco

1 simplex om. C 3 habet: non habebit P 4 est om. C 6 est²: sit C
8 Sed: Si C dicet: dicat C quis: aliquis P 9 convenit homo: conveniunt homines P
10 in om. V convenit homo: conveniunt P 11 convenit homo: conveniunt P
13 anima om. P 16 sentiens: sensuati P et: est add. V
17 est om. C 19 ipsum om. P erit: est V 19-20 quia ... sensibile: ergo illud est animal P
20 illud: istud P 21 Sed eodem: Simili P 21-22 de infinitis ... animalia: de qualibet parte hominis integrali P
22 essent: erunt P
23 contigua: contiguita P 26 aliud: est add. V 27 est² om. P cum m. V
29 sensato: vegetato C ibi: in P simul om. C loco om. V
o corpus² om. P 30-p. 85, l. 2 Sed duo ... subintrat om. per hom. C

6 Ostensum est autem per premissa: cf. supra, nn. 296-9.

8-12 Cf. Gundiss. *De An.* iv (44). Cf. supra, cap. IV.

16-20 Cf. Arist. *De An.* ii. ii (413^b2-9).

24-25 ut dicit Respondens: cf. supra, n. 310.

simul non sunt: hoc est notum in principio intellectus in naturalibus; ergo unum corpus aliud subintrat.

313. Quod dicet forte. Dicet enim quod anima secundum quod est corporea et vegetabilis subintrat corpus in quo est; sed illud corpus in quo illa anima subintrat non omnino dividitur in illa subintra-tione, quoniam secundum hoc esset divisio in infinita facta, et ita illud corpus omnino divisum periret. Relinquitur ergo quod ibi non est omnino divisio facta. Ergo est ibi aliqua pars corporis subintrati in qua particula nulla est particula anime subintrans, et illa pars corporis subintrati habet longum, latum, spissum, et ita in eius medio nulla erit vegetatio nec aliquis sensus propter defectum anime vegetabilis et anime sensibilis, et ita illud corpus erit purum corpus, non vegetatum; erit ergo secundum hoc solummodo vegetatio et sensus in contiguatione et in continuatione anime cum corpore.

314. Item. Si anima sensibilis et vegetabilis sint corporee, illa anima et corpus in quo sunt, aut contiguantur, aut continuantur. Si continuantur: tunc est diversarum rerum continuatio, quod est contra Aristotelem in *Physicis*. Si contiguantur: tunc contingit quod ex una parte erit corpus purum et ex alia erit anima, quia contigua sunt quorum termini simul sunt. Non erit ergo in illo corpore puro vegetatio vel sensualitas nisi in contiguatione solum, quia qualiter sentiret ipsum corpus in medio puncto sui, cum anima sit contiguata ei extra.

315. Forte dicet aliquis, quod ab anima transmittuntur spiritus vitales et spirituales, et quod a vitalibus est vita, a spiritualibus est sensus.

316. Contra. Illi spiritus aut sunt corporei, aut incorporei. Si corporei: eadem erit obiectio quod prius. Si incorporei: contra, ut dicit

3 Quod dicet forte. Dicet enim: Ut hoc dicet forte P 3-4 Quod dicet ... subintrat om. per hom. V 4 et: anima add. P in quo: quod CP 6 secundum ... facta: in infinitum esset facta divisio V 6-8 et ita ... facta om. per hom. CV
8 subintrati: subintratti C; subintrata P qua: aliqua P nulla: non C 9 anime om. P subintrans: subintrantis P 10 spissum: spissitudinem P; longitudinem lati spissi V ita om. P 12 corpus: et add. V 13 et¹ om. V et in continuatione om. C 15 illa: ille V 16 quo: ipse add. C
16-17 Si continuantur om. P 17 est² om. V 18 tunc contingit quod: quoniam P
19 alia: altera V parte add. P sunt: erunt C 20 illo: eo P puro: poni P; om. V vel: et P 23 transmittuntur: transmutantur P vitales: vegetabiles P
24 vita: et add. P est om. C 25 Contra: Si contra P 25-26 Illi ... corporei om. P 26 quod: que C contra: sed C

1 in naturalibus: cf. Arist. *De An.* i. v (409^b3); ii. vii (418^b17); *Physic.* iv. i (209^a7); *De Gen. et Corr.* i. v (321^a8-9); etc.

18 Arist. in *Physicis*: v. iii (227^a10-16).

19-20 contigua ... sunt: *Physic.* v. iii (226^b24) iuxta versionem Gerardi Cremonensis. Versio Graeco-latina habet: 'Tangere autem quorum ultima simul sunt' (cod. Coll. Corporis Christi Oxon. 111, fol. 65^v).

23-24 Cf. supra, n. 307.

26 quod prius: cf. supra, nn. 306-7.

Avicenna in *Metaphysica*, omnis substantia aut est corpus, aut non est corpus. Si non est corpus: aut est pars corporis, aut non. Si est pars corporis: aut est materia, aut forma. Si non est pars corporis: aut est tale quid quod habet ligationem cum corporibus ut moveat illa, et dicitur anima; aut est tale quid quod non habet ligationem cum corporibus ut moveat illa, et est substantia separata, et dicitur esse intelligentia. Si igitur spiritus ab anima transmissus per totum corpus sit substantia incorporea, ipse aut erit pars corporis, aut non. Non erit pars corporis, quia ipse nec est materia neque forma; ergo erit vel anima vel intelligentia. Redibit ergo prior obiectio. Hiis ergo objectionibus et rationibus 10 habetur quod nulla anima est corporea.

XXIII. *Utrum anima sit mortalis vel immortalis*

Sequitur videre utrum anima sit mortalis vel immortalis. Quod sit immortalis sic ostenditur.

317. Omne illud quod in quantum ipsum est seipso est aliquale, se ipso erit tale semper; ut triangulus, in quantum ipse est, habet tres angulos equales duobus rectis: unde triangulus necessario habet tres angulos equales duobus rectis. Cum ergo anima, in quantum ipsa est anima, seipsa vivat, anima non potest non vivere. Ergo anima necessario vivit; ergo anima est immortalis.

318. Item. Quicquid corrumpitur, corrumpitur per eius contrarium. Ergo cum anima contrarium non habeat, nec componatur ex contrariis, anima corrumpi non potest; ergo anima est incorruptibilis; ergo anima est immortalis.

319. Item. Ut habetur fere ab omnibus auctoribus de morte loquentibus, mors nihil aliud est quam separatio anime a corpore. Sed anima non est corpus, nec animam habet; ergo in ipsa non potest fieri separatio anime a corpore; ergo ipsa mori non potest.

320. Item. Unicuique mutationi necesse est aliquid subici, ut habetur

1 est¹, 2 om. P 4-6 et dicitur . . . illa om. per hom. C 7 igitur: ergo V
8 Non erit . . . corporis om. V 9 nec: non C est: erit P 10 prior:
prius C ergo objectionibus et om. C 13 videre: ut videamus V 15 est¹
om. P 16 ipse om. V 17-18 unde . . . rectis om. per hom. C 18 ergo:
igitur P ipsa om. P 22 componatur: opponatur C nec componatur ex
contrariis: non componatur extra contrarium P 23 anima¹ om. P 25 fere
om. CV ab: de C

1-6 Avic. *Metaphys.* II. i (75^{ra}b). Cf. supra, n. 32.

12 Vid. Avic. *De An.* v. iv (24^{va}a-25^{rb}c).

21 Cf. Arist. *Physic.* I. v (188^b21-23); *De Caelo*, I. iii (270^a15).

21-24 Cf. Gundiss. *De Immort. An.* (9).

25-26 ab omnibus . . . loquentibus: Aug. *Enarr. in Ps. XLVIII* serm. II, 2, cit. apud P. Lombard. *Sent.* III dist. XXI. c. i.

in fine primi *Physicorum* Aristotelis, quoniam omnis mutatio est in aliquo subiecto. Ergo cum mors sit corruptio, et corruptio sit mutatio, morti necesse est aliquid subici quod relinquitur actualiter post mortem existens. Ergo si anima moritur, aliquid de anima relinquitur post mortem. Illud relictum non erit corpus. Aut ergo illud erit pars corporis aut non. Si non est pars corporis, aut est anima aut intelligentia; quorum neutrum potest esse. Ergo anima mori non potest. Ergo anima est immortalis.

321. Item. Hec propositio est per se nota: Omne illud quod possibile est mori anima deserere potest. Sed anima animam deserere non potest. Ergo animam non est possibile mori. Syllogismus est in secunda figura. Ergo anima est immortalis.

322. Item. Aut ipsa anima habet hoc ipsum quod ipsa est a seipsa, vel a prima essentia, que summe et maxime est incommutabilis. Si a seipsa, ergo interire non potest. Si a prima essentia; Contra: essentie nil est contrarium. Ergo essentie, que primitus est et summa, nihil est contrarium. Sed constitutio speciei existendi et privatio eiusdem sunt a contrariis. Ergo cum species existendi ipsius anime sit proximo loco a pura essentia et incommutabili, si privatio et destructio eiusdem contingat esse, ipsa destructio erit ab aliquo quod erit contrarium prime essentie. Sed prime essentie nihil est contrarium. Ergo hoc ipsum quod est anima, destrui non potest, cum contrarii effectus a contrariis fluant causis; et ita habetur quod anima est immortalis.

323. Contra. Esse est a perfectione rei; ergo non-esse est ab imperfectione. Sed ut habemus ab Aristotele et ab aliis auctoribus, anima est creata imperfecta et perfectibilis a scientiis et virtutibus. Sed

1 omnis om. V 2 cum om. C 3 quod: ergo P 5 relictum: derelictum
V ergo: igitur V 6 est² om. P 7 neutrum: nullum P Ergo anima
mori non potest om. V anima² om. P 9-12 Item. Hec . . . immortalis om. per
hom. C 9 possibile: impossibile P 11 non est possibile: impossibile est V
13 ipsa²: in ipsum P 14 a: ex C 15 Si a: Sed V Contra: Similiter
ostenditur quod ipsa est immortalis, sic add. V 18 a: in C; ex V existendi om.
V 19 eiusdem: anime add. V 20 esse om. P destructio om. CP erit²:
est V 21 Sed: Si C 24 Contra: Item CP 25 habemus: habetur
P ab² om. C 26 creata: creatura V

1 Arist. *Physic.* I. ix (192^a29): Versio Graeco-latina habet: 'Si autem fiat, oportet subici aliquid primum in quo est' (cod. Coll. Corporis Christi Oxon. 111, fol. 13). Gl. ad loc. 'aliquid i.e. aliquam materiam in quo est i.e. ex quo debet materia generari'.

5-7 Cf. supra, n. 316. Gundiss. *De Immort. An.* (28).

14 Cf. Algazel *Metaphys.* II. iv. 5 (181).

25 ab Aristotele et aliis auctoribus: cf. Gundiss. *De An.* III (43): 'Omne quod crescit imperfectum est; nihil enim crescit nisi ad hoc ut perficiatur. Sed anima crescit quia in sapientia et iustitia proficit; igitur imperfecta est'; Avic. *De An.* I. v (5^{va}e); v. i (22^{rb}a-22^{va}b). ab Aristotele: forte respicit ad *De An.* III. iv. (430^a1): 'sicut in tabula nihil est scriptum actu, quod quidem accidit in intellectu'.

25-26 Cf. supra, n. 304.

tantummodo verorum est scientia. Ergo quanto aliqua sunt veriora, tanto verior est illorum scientia. Ergo pure veritatis que summe ac primitus est incommutabilis, est pura virtus et summa scientia. Cognitio igitur pure veritatis sine qua nulla virtus est, est summa perfectio anime. Ergo cum veritas et falsitas sint opposita, intuitio pure falsitatis est anime imperfectio. Anima igitur que falsitatem intendit respuendo veritatem summam tali erronea intuitione est imperfecta. Sed ab imperfectione est non esse; sic ergo cum possibile sit animam sequi falsitatem, possibile est animam non esse, et ita possibile est eam mori, quoniam in intuitione falsitatis declinando a bono exequitur viam falsitatis, et sic remanet imperfecta et non ens omnino.

324. Solutio. Ad hoc dicendum quod anima duplex habet esse; unum a sua prima perfectione, scilicet a prima creatione, et illud est immortale et eo privari non potest; secundum eius esse est ab acquisitione scientiarum et virtutum, et hoc esse potest ipsa privari, ut si ipsa puram veritatem respuat et falsitatis viam intendat; sed propter hoc esse non debet ipsa dici mortalis, immo commutabilis et passibilis.

325. Item. In constitutione hominis duo sunt, scilicet corpus et anima. Sed quoad corpus per resolutionem contingit fieri reversionem humane nature in prima corpora elementaria, scilicet in sua principia, post segregationem corporis et anime; pari ratione reliquum componentium, scilicet animam, contingit reverti in suum principium; sed anime principium nihil aliud est quam divina preconceptio que fuit in divina providentia. Sic ergo contingit fieri reversionem anime in suum principium. Sed facta huiusmodi reversione non dicitur tunc anima hominis actu esse, sicut nec post reversionem corporis humani in eius elementa dicitur corpus humanum esse. Cum igitur anima ante reversionem illam fuerit, et post eam non erit, anima est mortalis.

326. Item. In homine duo sunt constituentia eum, quorum unum est corporale, reliquum spirituale. Sed illud quod corporale est contingit

1 tantummodo om. V 2 verior: veriolem V verior est illorum: earum maior est P
3 virtus et summa om. C 4 pure om. V est: et C 5 falsitas: falsitas codd.
6 igitur: enim V 7 imperfecta: imperfectio P 8 cum possibile: impossibile P
9 animam: animari P et om. P in om. P 11 et om. C
15 ipsa² om. V 18 scilicet om. PV 21 post: per C reliquum: reliqua P
22-23 sed anime principium om. C 23 que: quo C 24 reversionem: resolutionem C
25 reversione: resolutione V 28 est om. P
30 corporale²: spirituale P

14-16 Cf. Gundiss. *De An.* x (101): 'Rationalis ergo anima in tantum vere est in quantum se et Deum intelligit. Sed in tantum a vero esse deficit et quasi moritur, in quantum a contemplatione veritatis avertitur. Et tamen non sic moritur ut esse desinat, sed sic moritur ut sine beata vita semper infelicitur vivat'.

19-21 Vid. p. xx.

reverti in sua principia prima elementaria; pari ratione illud quod spirituale est erit resolvere in sua prima principia spiritualia; sed sua prima principia sunt in divina providentia, quoniam Deus ab eterno previdit animam esse. Sic ergo, ut prius, in illa reversione erit anima mortalis.

327. Si forte aliquis ita concederet, secundum hunc modum procedendi contingeret quod, sicut ante creationem mundi omnia erant in divina providentia, similiter contingeret omnia adhuc iterum reverti ad divinam providentiam, et nihil esset actu preter solum Deum.

328. Solutio. Dicendum est quod non contingit reversionem humane nature quoad animam sicut quoad corpus. Revertitur enim corpus humanum in elementa prima, quia prima elementa conveniunt in eius constitutione et salvatur virtus eorum in ipso et materia eorum. Sed ita non est de anima, quia neque divina essentia neque divina providentia est pars anime; quia tunc esset anima omnino incommutabilis et nullo modo demereri posset. Contingit autem fieri reversionem ad Deum per intuitionem divine essentie et eius cognitionem; ab ipso enim processit ipsa anima et ad ipsum est reditura, nisi per eius contemptum fuerit impedita.

XXIV. *Utrum anima sit simplex vel composita*

Sequitur ut dicamus: Utrum anima rationalis sit simplex vel composita. Quod sit composita sic videtur posse ostendi.

329. Inter ea que creantur a causa prima in effectu reperiuntur duo genera causatorum, unum corporale et aliud spirituale. Sed ita est in corporalibus quod corporalia habent stabilimentum sue essentie a materia et a forma. Sed spiritualia stabilioris sunt essentie. Ergo cum illa stabilius habeant esse, habent illa stabiliiori modo in effectu a materia spirituali et a forma spirituali. Cum igitur anima sit una de spiritualibus

1 principia prima: prima corpora P pari: predicta P 2 prima om. C sed: que V
4 previdit om. V esse om. P 6 Si: Et si V aliquis ita concederet: illud concederetur P ita: ista V secundum hunc: et habet P
7 erant: fuerunt P 8 contingeret omnia adhuc: ad hunc contingunt omnia P
10-11 Solutio . . . corpus om. C 12 elementa prima: per contrarietatem eorum add. V
13 ita om. V 14 essentia: scientia V 16 Contingit autem: Et continget C
18 anima om. P et: tamen add. V contemptum: conceptum P
21 Sequitur: Restat PV dicamus: videamus V 22 ostendi: probari P 24 et om. C
spirituale: incorruptibile P 25 corporalibus: corruptibilibus P corporalia: ea que ibi sunt PV
26 a om. PV 27 habeant: habent C stabiliiori: stabili C 28 una om. V

4 ut prius: cf. supra, n. 325.

11-13 Cf. Avic. *De An.* v. iv (24^{va}).

20 Cf. Gundiss. *De An.* vii (53-60).

creaturis habebit compositionem ex materia et forma, et ita anima rationalis est composita.

330. Preterea. Anima est substantia et non parificatur substantiae; ergo habundat in aliquo quod facit animam non adequari substantie, sicut species habundat suo genere. Ergo cum substantia sit de veritate 5 essentie anime, et sit ibi preter illud quiddam in quo habundat anima a substantia, erit anima composita ex duobus illis, quia, circumscriptis omnibus accidentibus ab anima, adhuc erit invenire illa duo in veritate essentie anime. Est ergo composita ex diversis, ergo non est simplex.

331. Si concedatur; Contra. Anima componitur ex diversis, dicatur 10 unum illorum A, reliquum B. Inde sic: A aut est animatum aut non est animatum. Si est animatum, ergo est habens animam, et anima vegetativum, et illa anima iterum aliam animam, et sic in infinitum. Si non est animatum, pari ratione nec B est animatum. Sed ex duabus albedinibus numquam proveniet nigredo. Unum enim contrariorum non causat 15 reliquum. Ergo nec ex duobus inanimatis fiet animatum. Ergo numquam fiet anima ex illis duobus.

332. Preterea. Unicuique composito respondet sua divisio, quoniam quecumque erit componere erit resolvere. Ergo si anima est composita, ipsa est divisibilis in componentia; ergo est corruptibilis, ergo destrui 20 potest, quod superius improbatum est.

333. Solutio. Ad primam obiectionem. Dicimus quod per illam potius debet ostendi animam esse simplicem quam compositam, quia propter hoc quod simplicis essentie est anima, propter hoc stabilimentum habet sue essentie anima. Prima autem causa simplicissima est; unde ea que 25 immediate exeunt ab ea simplex habent esse: unde anima et intelligentie simplex habent esse.

334. Ad aliud. Dicendum est quod compositio illa que est ex genere et substantiali differentia non est nisi dicta compositio ad similitudinem

1 compositionem: esse compositum V 2 rationalis om. V 3 parificatur: parificatrix C 6 essentie: ipsius C 6-9 et sit . . . anime om. per hom. C 7 erit: dicitur V 8 ab anima: anime anima P 10 componitur: est composita P 12 est² om. V 13 iterum: habet add. V aliam om. C sic: ita P 15 proveniet: prout P; provenit V 19 resolvere: dividere V 20 est¹ om. C 22 primam . . . dicimus: primum dicitur P 23 quia om. V 24 propter hoc om. V 26 simplex: simpliciter V 29 similitudinem: secundum opinionem et non secundum veritatem. Quae autem recipiuntur secundum divisionem topicam non sunt de veritate essentie rei, imo consequuntur veram rei essentiam add. V

3-5 Cf. supra, n. 39.

15-16 Cf. Arist. *Meteor.* iv. vi (383^a7-8).

21 superius improbatum est: cf. cap. XXIII: *Utrum anima sit mortalis vel immortalis*.

22 Ad primam obiectionem: cf. supra, n. 329.

28 Ad aliud: cf. supra, n. 330.

et proportionem compositionis constantis ex materia et forma, ut potest haberi a Porfirio, et si intellectu tenus sumatur genus anime, et eius differentia divisiva. Non tamen ita fuit in creatione anime quod prius fuerunt illa componentia, scilicet genus anime et eius differentia ante 5 creationem anime. Et etiam, licet in anima esset et materia spiritualis et forma spiritualis, non tamen esset ipsa corruptibilis, cum causa contrarietate careat secundum quam fit corruptio.

xxv. i. *De viribus anime rationalis*

335. Sequitur de viribus anime rationalis. Due autem sunt eius vires, 10 scilicet virtus agendi et virtus sciendi. Virtus autem agendi est illa virtus a qua sunt singule actiones hominis quas ipse eligit pro iudicio et intentione rationis. Huiusmodi autem virtutis triplex est via: Una est secundum quam consideratur comparatio sui ad virtutem vitalem et appetitivam, et est iste modus secundum dispositiones quibus afficitur 15 homo cum accidit ei confusio aut erubescencia, aut risus aut aliquid consimilium. Alius modus consideratur secundum comparisonem ipsius ad seipsam in quantum ipsa in se generat usum et intellectum, ut per multa experimenta singularium generatur in anima intellectus principiorum, ex quibus principiis adquiruntur scientie et demonstrati- 20 ones. Tertius modus consideratur secundum comparisonem virtutis active ad virtutem ymaginabilem et estimabilem. Ipsa enim est eis imperans secundum iudicium virtutis contemplative.

336. Virtus autem sciendi est virtus contemplativa qua in homine generantur sapientie per intuitionem eorum que supra ipsum sunt. Est 25 enim humana substantia habens comparisonem ad duo, quorum unum est supra eam et reliquum est infra eam; propter debitum autem quod

3 divisiva: divisivi C quod: que V 4 fuerunt: fierent P 6 causa: ipsa C 10 scilicet om. V 11 ipse: ipsa P 12 triplex: tripliciter C via: scientia P 13 comparatio: operatio V 14 afficitur: assignatur P 15 cum: et V ei om. V aut risus: et visus C 16 comparisonem: operationem C 17 ipsa: ipse P usum: visum V 18 generatur: generantur P in anima om. V 20 comparisonem: compositionem C 23 qua: per quam V 25 comparisonem: compositionem C 26 est² om. V infra: supra P propter: per P autem: enim P

2 a Porfirio: *Isagoge* De diff. (18), cum lectionibus variantibus in app. crit. adhibitis.

4-7 Cf. Gundiss. *De Immort. An.* (28): 'Manifestum est quoniam ipsa (anima humana) est pura forma et substantia immateriata et incomposita in se huiusmodi compositione, quae est ex materia et forma. Aut si forte quis hic dicat, quia est ex materia et forma: dicimus tamen formam eius incorruptibilem esse, quia non est ei contrarium per quod corrumpatur'. Avic. *De An.* v. iv (25^{ra}c).

9-22 Cf. Avic. *De An.* i. v (5^{ra}B-va); Gundiss. *De An.* x (84); Algazel *Metaphys.* ii. iv. 5 (172-3).

23-p. 92, l. 16 Cf. Avic. *ibid.* (5^{va}E); Gundiss. *ibid.* (86-87). Cf. supra, nn. 304, 324.

debet ei quod est infra eam habet humana substantia virtutem activam ad regendum corpus humanum, ex qua virtute activa adquiruntur dispositiones in homine que dicuntur mores esse; et ideo virtus activa ethice subiacet speculationi, quoniam ab ea perficiuntur mores. Propter debitum autem quod debet humana substantia ei quod est supra eam, ipsa habet virtutem contemplativam a qua generantur sapientie et perficiuntur virtutes. A vi autem activa est virtutum inchoatio, sed a vi contemplativa est eius perfectio. Ab hac etiam insunt scientie sine quibus virtutes esse nequeunt. Virtutem enim antecedit scientia et discretio. Unde sunt multi, non considerantes quod scientia habet precedere virtutem, qui dicunt quod virtus est scientia ut prudentia, et est simile: molestatio precedit iram, non tamen ira est molestatio. Notificans autem istas duas virtutes de anima, Avicenna dicit in commento quod anima humana habet quasi duas facies: unam ad id quod est deorsum, et aliam ad id quod est sursum; ab ea autem que deorsum est generantur mores, et ex ea que est sursum generantur sapientie.

xxv. ii. De intellectu

337. Consequenter notandum est quod sub vi contemplativa comprehenduntur ratio et intellectus. Intellectus est apprehendere ea que supra humanam naturam sunt, et naturalia per abstractionem formarum universalium a materia et ab appendiciis materie. Rationis autem est conferre intellecta ad invicem et conferendo de eis iudicare. Distinguitur autem intellectus ab Avicenna quatuor modis, et a multis aliis auctoribus. Est enim intellectus materialis sive intellectus in potentia, et intellectus formalis sive adeptus, et intellectus in effectu, et intellectus agens.

338. Intellectus materialis est ipsa anima nuda a dispositionibus

6 generantur: generatur V 7 virtutes om. V vi: via P virtutum: virtutis V 8 insunt: homini add. V 9 enim: autem V 10 multi: multa V 12 non: nec V 13 duas: diversas C de anima om. V Avicenna: Abicenna P; ab Avicenna C commento: commentato P 15 ab ea autem que: ex eo quod P 16 et ex ea que: ex eo quod P est: sunt V 19 ratio om. V est: autem habet P 20 naturalia: universalia P abstractionem: alterationem V 21 et . . . materie: apprehendens materie P 25 effectu: effectus V

13 Avic. in *Commento*: i.e. *De An.* loc. cit.

19-21 Cf. Avic. *De An.* i. v (5^{vb}); v. v. (25^{rb}); Gundiss. *De An.* x (85, 88).

23 Avic. *De An.* i. v (5^{va-bf}). Vid. supra, n. 59, ubi haec distinctio ascribitur Aristoteli.

23-24 a multis aliis auctoribus: vid. Alex. Aphrod. *De Intell.* (74); Alkindi *De Intell.* (9); Alfarabi *De Intell.* (117); Algazel *Metaphys.* II. iv. 5 (175); Gundiss. *De An.* x (87-88).

27-p. 93, l. 5 Avic. loc. cit.: Gundiss. ibid. (87).

adquisitis, et dicitur materialis, quoniam habet se ad simulacrum aptitudinis materie prime ex qua in seipsa non est aliqua forma. Similiter dicitur esse intellectus in potentia, quoniam esse materie est esse in potentia, cum eius esse sit imperfectum, potest autem perfici per forme receptionem.

339. Intellectus adeptus est passio generata in anima, que est similitudo rei extra; de quo intellectu habetur ab Aristotele in libro *de Anima*, quod res intellecta est perfectio anime et de eius essentia. Appellatur autem Aristoteles ibi rem intellectam intellectum adeptum, qui est ymago rei extra. Et ille intellectus adeptus dicitur esse intellectus formalis, quoniam est habens se ad similitudinem et proportionem forme; quoniam sicut forma perficit materiam dando ei esse actu, ita et intellectus adeptus perficit intellectum materiale dando ei esse in effectu. Est enim anime secunda perfectio ab intellectu adepto.

340. Intellectus autem in effectu est quiddam coniunctum ex intellectu materiali et intellectu adepto, et est idem subiecto intellectus materialis et intellectus in effectu. Diversificantur autem in comparisonem: dicitur enim intellectus materialis in quantum habet esse in potentia nudum a forma acquisita; intellectus autem in effectu dicitur ille idem intellectus secundum quod ipse actualiter est sub forma que est simulacrum rei extra.

341. Intellectus agens est vis anime apprehensiva rerum universalium abstrahendo eas ab accidentibus. Intellectus in habitu est intellectus repositus in anima ad quem si voluntas convertat aciem animi, erit anima intelligens actu.

342. Obicitur autem. In anima constituitur dispositio quedam que est intellectus formalis et similitudo rei, et illa dispositio non est anime innata, immo est acquisita. Aliquid ergo est inprimens illam ymaginem in anima, non ipse intellectus agens; quoniam ipse habet per illam duci

1 simulacrum: similitudinem V 1-2 aptitudinis om. V 2 Similiter: Si materialiter V 3 esse¹ om. P 3-4 quoniam . . . in potentia om. per hom. V 6 generata om. V 7 ab Aristotele om. P 8 et de eius essentia om. V 12 forma om. P esse: rem P 15 quiddam om. P 17-18 et intellectus . . . materialis om. per hom. P 18 esse: se V 19 adquisita: acquisita V 20 ipse om. C 24 quem: quod P convertat: convertit V 28 ymaginem: mag' C 29 ipse² om. V per illam duci: reduci P

7 Arist. in libro *de Anima*: forte respicit ad *De An.* III. iv (430^{a3}).

9-10 Dictio 'intellectus adeptus' non occurrit in versione latina Aristotelis. Fortasse provenit ab Alex. Aphrod. *De Intell.* (77), ubi Aristoteli attribuitur. Vid. supra, n. 59. Occurrit etiam in Avic. *De An.* Vid. R. de Vaux, *Notes et textes sur l'Avicennisme latin*, p. 134, not. 2.

10-11 intellectus formalis: cf. *Liber de causis primis et secundis* x (135, 128), ubi cl. editor dicit: 'Cette épithète est insolite. Je ne l'ai relevée nulle part'.

18-25 Cf. Avic. *De An.* i. v (5^{vb}); Algazel *Metaphys.* II. iv. 5 (175).

21 simulacrum: cf. Algazel ibid. I. iii. 2 (64-65).

ad rem extra ut eam intelligat. Non generatur in anima a re extra propter distantiam inter animam et rem apprehensam.

343. Si formetur in anima ab affectione in memoria, que est simulacrum rei extra; Contra. Illa ymago que est in memoria est corporalis, cum eius subiectum sit corporale, et anima est incorporealis. Ergo a 5 corporali non potest fieri in ea immutatio.

344. Solutio. Ad hoc dicendum est, ut superius ostensum est, quod anima habet convertere se ad corpus quod ipsa regere habet, et ad eius dispositiones, et ad similitudinem ymaginum inventarum in memoria, et inprimitur in anima intellectus formalis mediante primo datore 10 formarum; vel, ut plures auctores videntur velle, est illa forma impressio ab intelligentia ut ministerio eius, et a primo datore formarum ut auctoritate ipsius. Illa autem intelligentia a multis auctoribus dicitur esse angelus, qui minister est anime hominis. Habet enim homo duos 15 angelos, bonum et malum, quorum uterque minister est humane anime. NB

345. Item. Videtur posse ostendi quod plures sint vires anime rationalis sumpte sub vi contemplativa quam ratio et intellectus. Apprehensio enim rebus per intellectum contingit animam uti cogitatione. Sed qua ratione intelligere est a vi intellectiva, cogitare erit a vi cogitativa, et operatio huius virtutis est quandoque circa intellecta et post operati- 20 onem intellectus, et ita erit vis cogitativa sub vi contemplativa; et ita plures erunt virtutes virtutis contemplative quam ratio et intellectus.

346. Preterea. Aliquis in cogitando dispersa simul colligit, ut ipse inter ea illud inveniat quod ipse querit: quoniam cogitare est simul dispersa agitare; et ideo dicit Augustinus in libro *de Trinitate* quod cogi- 25 tatio ab ipso coactu dicitur. Sed aliud est intelligere, aliud intellecta simul colligere. Ergo aliud est intelligere quam cogitare; et diversi actus a diversis procedunt potentiis: et intelligere est a vi intellectiva, cogitare vero est a vi cogitativa. Ergo aliud est vis intellectiva et aliud est vis cogitativa. 30

2 apprehensam: apprehensivam P 3 in anima om. P ab om. P affectione: extra add. P 4 corporalis: corruptibilis V 5 est om. C 7 est: quod add. P quod om. P 8 ipsa: anima V 9 dispositiones: dispositionem P similitudinem: rerum add. V inventarum: que reponitur C; reponuntur V 10 et inprimitur in: inprimitur etiam P 12 ut¹ om. P ut² om. P 15 est om. P 16 sint: sunt V 19 est om. V 23 in om. P 26-27 aliud ... simul: et aliud collecta dispersim P 26 intellecta: multa V 27 Ergo om. V 28 a¹ om. V 29-30 Ergo ... cogitativa om. per hom. V

7 Cf. supra, n. 336.

10-11 datore formarum: Avic. *Metaphys.* IX. v (105^{va} versus fin.); Algazel *Metaphys.* I. v (125); II. iv. 3 (167); 5 (181).

14 angelus: Algazel ibid. I. v (121); II. iv. 5 (175); Gundiss. *De An.* v (51).

14-15 Cf. P. Lombard. *Sent.* II. dist. xi. c. i.

25 Augustinus ... *Trinitate*: rectius *Confess.* x. xi. 18.

347. Solutio. Dicimus quod una et eadem vis est intellectiva et vis cogitativa; sed diversimode sunt in comparatione ad diversos actus relate. In comparatione enim ad actum cogitandi dicitur esse vis cogitativa, et in comparatione ad actum intelligendi dicitur esse vis 5 intellectiva.

348. Item. Ab Aristotele habetur in *Physicis* quod ars spernit materiam: per unam enim et eandem artem contingit operari in diversis materiis, ut contingit aurifabrum operari in auro, in argento, in plumbo, in cupro, nec propter diversitatem materiarum variatur 10 essentia artis. Pari ratione cum contingat animam per vim apprehensivam tum apprehendere res singulares et sensibiles tum res universales et intelligibiles non erunt propter diversitatem apprehensorum alia vis apprehensiva illa et alia illa, immo una et eadem vis in essentia. Illa autem vis qua apprehenditur sensibile est sensus, illa autem qua 15 apprehenditur universale est intellectus; ergo una et eadem vis in essentia est intellectus et sensus.

349. Item. In qua proportionem se habet ymaginatio ad ymaginabile in eadem proportionem se habet sensus ad sensibile; ergo permutatim in qua proportionem se habet sensibile ad ymaginabile in eadem proportionem se habet sensus ad ymaginationem. Sed omne sensibile est ymaginabile; quoniam illud idem quod est sensibile est ymaginabile. Ergo idem est sensus quod ymaginatio. Ergo una et eadem vis est sensus et ymaginatio.

350. Consimili modo potest ostendi quod omnes vires anime apprehensive sunt una et eadem vis in essentia. Quod bene concedimus, dicentes quod apprehensive vires ipsius anime humane non sunt diverse in essentia, immo in accidente tantum. Nulla enim est diversitas inter eas nisi in modo apprehendendi. Sensus enim apprehendit rem presentem; ymaginatio rem absentem et prius sensatam; intellectus autem 30 abstrahit rem ab accidentibus, ut patere potest manifestius rationibus supradictis.

351. Item. Superius dictum est quod in anima rationali due sunt

2 diversimode: diverse C 3 relate om. P 4 in comparatione: ad comparationem P ad om. C 8 in², 3 om. C 9 in om. C materiarum: materierum V; non add. P 11 res² om. P 13 illa et alia illa: ista quam illa V vis¹: est add. V 14 qua: que C 14-15 sensibile ... apprehenditur om. per hom. C 15 universale: insensibile P 18 se habet om. C 20 se habet om. C 20-21 omne ... ymaginabile: idem est sensibile et ymaginabile V 21 quoniam ... ymaginabile om. CV 22 sensus om. C 24-25 apprehensive om. P 25 Quod: Et C 26-27 dicentes ... tantum om. V 32 Item: ut add. P

6 in *Physicis*: Arist. *Physic.* II. i (193^a14-21).

32 Cf. supra, nn. 335-6.

vires, vis activa et vis contemplativa, et a vi contemplativa sunt sapientie et a vi activa perficiuntur mores. Quoniam a vi activa est regimentum corporis humani secundum iudicium virtutis contemplative. Sed sicut in corpore humano est regimentum, ita et in universitate totius orbis est regimentum regens discordantia, ut contrarietates corruptibilium; 5 qua ratione ergo ponitur esse anima in corpore humano ut ipsum regat, debemus ponere animam mundi esse que regat ipsum mundum.

352. Item. Nutrimentum proportionaliter transmittitur ad omnes partes corporis nutriendas, et hec transmissio non est casualis, sed fit cum discretionem. Divisio enim alimenti, cum ipsum conferatur pro- 10 portionaliter corpori secundum quod partes corporis egent eo, fit cum electione puri et fit cum expulsionem impuri; omnis autem discretio et electio rei est cum apprehensione rei electe. Alimentum ergo quod transmittitur ad partes corporis propter restaurationem deperditorum apprehenditur; sed omnis animi apprehensio est ab anima; anima ergo 15 apprehendit et intuetur illud alimentum quod intromittitur, et anima non est res que nutritur; est ergo alia, et hec servit nature; quecumque autem illa sit, illa est anima mundi, que etiam transmittit spiritus per nervos et musculos corporis.

353. Item. Hoc corpus humanum in quo est hec anima non est ita 20 stabilis essentie sicut universitas mundana, quia facilius corrumpitur corpus hominis quam totus mundus. Anima autem incorruptibilis est; ergo maiorem habet affinitatem anima cum universo, scilicet, cum mundo, quam cum corpore humano. Potius ergo ponendum est mundum habere animam, cum stabilius sit eius regimen, quam corpus 25 humanum habere animam.

354. Dicit forte aliquis quod regimentum totius mundi est a prima causa et ministerio et auctoritate, et quod non est aliquod causatum regens universum mundum. Pari ratione debet dici de corpore humano

1 et² om. P 2 et om. P Quoniam: Et P 4 regimentum: et add. V
5 contrarietates corruptibilium: contrarietatis P; contraria et corruptibilia V 7 que
regat: qui regit C mundum om. P 8-19 Item . . . corporis om. P 9 casua-
lis: causalis C 12 impuri: puri C autem: et V 15 sed om. C animi
om. V 16 illud: nutrimentum vel add. V intromittitur: nutritur C et: hec
add. V 17 res: rei V servit: deservit V 18 autem om. C illa²: ipsa
V mundi: vivendi V 20 Hoc om. P hec anima non: anima illa P
21 essentie: esse C quia: illud add. P 22 corpus . . . mundus om. P
23-24 ergo . . . humano om. P 23 anima om. V 24 ergo om. C 25 cum
. . . regimen om. C sit: esset V regimen: regimentum V 27 Dicit . . .
aliquis: Dicatur P mundi om. C a om. C 28 causatum: creatum V
29 universum om. V mundum om. P

7 animam mundi: Calcidius *In Platonis Timaeum* clxxvii (206). Vid. T. Gregory, 'L'anima mundi nella filosofia del xii secolo', *Giorn. critico di filos. ital.* 30 (1951), 494-508.

quod ipsum non regitur a causato nec ab alio quam a divina essentia, quod falsum est.

355. Preterea, forte dicit quis quod in corpore humano ubique est continuatio partium, et propter illam continuationem vivificatur corpus 5 omnino ab anima. Sed ita non est de mundo, quoniam in omnibus suis partibus non est continuatio; unde ab una anima regi non potest.

356. Contra. Ossa hominis et medulla non continuantur, nec cere- brum cum osse; et tamen in ipsis est vegetatio ab una et eadem anima; quoniam in eis est augmentum et nutrimentum. Pari ratione ab una et 10 eadem anima potest procedere regimentum per universitatem orbis, nec erit ibi impedimentum quin ipsa sit propter decontinuationem in partibus mundi.

357. Item. A Boetio habemus in libro *Consolationum*, ut videtur, quod mundus habeat animam ubi ipse invocatur primam causam dicens:

15 'Tu triplicis mediam nature cuncta moventem
Connectens animam per consona membra resolvis'.

Per hoc enim quod dicit: 'animam moventem cuncta', videtur innuere mundum habere animam que mundum moveat regendo ipsum. Postea vero dicit Boetius continue de anima:

20 'In semet reditura meat, mentemque profundam
Circuit, et simili convertit imagine celum'.

Per hoc autem innuit celum moveri ab anima. Sed qua ratione celum movetur et regitur ab anima, pari ratione debet poni quod mundus et regitur ab anima et movetur ab anima, vel quare non. Si concedatur, 25 mundum habere animam;

358. Contra. Corpus huius hominis, demonstrato corpore, regitur ab anima et vivificatur, nec est alia anima qua vivificatur pes huius

1 causato: creato V essentia: et nihil aliud est anima quam Deus add. V 2 quod
falsum est om. P 3 dicit: dicit V quis om. C ubique om. V 4 corpus
om. P 6 unde: et ideo V 8 cum: et V tamen: cum C; tunc V
9-10 quoniam . . . anima om. per hom. CP 10 potest om. V 11 nec:
non V 13 habemus: habetur P ut videtur om. P 14 habeat: habet P
15 triplicis: triplici V 16 connectens: connectans P connectens . . . resolvit
om. V 17 enim om. PV videtur innuere: modo invenire P 18 que . . .
ipsum om. P 19 vero om. P continue om. P 23 et regitur om. C pari
ratione om. C 24 ab anima² om. C 25 mundum . . . animam om. P
26 corpore: hominis add. V 27 et om. P nec . . . vivificatur om. V qua:
quam C huius om. P

3-4 Cf. Algazel *Metaphys.* I. i. 2 (13-14).

13 Boetio . . . in libro *Consolationum*: III metr. ix. 13-14.

19 Ibid. 16-17.

22 celum moveri ab anima: cf. supra, n. 7.

hominis et alia qua vivificatur cerebrum et caput; immo ab una sola anima est vivificatio totius corporis. Pari ratione, cum mundus habeat animam, totus mundus et quelibet eius pars animabitur et regetur ab eadem anima. Sed corpus huius hominis et corpus illius hominis sunt partes mundi; ergo vivificatur ab eadem anima. Ergo non est ponere 5 aliam esse animam huius hominis et aliam esse illius hominis, quia qua ratione haberet aliquis homo duas animas, haberet duo corpora, vel quare non?

Item. Si mundus habeat animam sic obicitur.

359. Illa anima aut est vegetabilis tantum, ut anima arboris; aut est 10 vegetabilis et sensibilis, ut anima brutorum animalium; aut vegetabilis, et sensibilis, et rationalis, ut anima hominis. Si rationalis, ergo mundus est corpus animatum, sensibile, rationale; ergo mundus est homo, quod falsum est. Si vegetabilis et sensibilis; ergo mundus est animal; ergo homines et boves, et asini, et similia, non sunt animalia, immo partes 15 unius animalis: sicut non dicimus caput alicuius hominis esse animal, nec caput asini esse animal, immo partes animalis.

360. Solutio. Dicimus mundum non habere animam. Sed Plato et alii auctores videntur velle mundum habere animam: unde Augustinus loquens de opinionibus Platonis neque manifestat se consentire vel dis- 20 sentire ei quod dicit Plato, scilicet mundum habere animam. Non credimus enim aliam mundi esse animam quam Spiritum Sanctum regentem et vivificantem universum.

361. Ut haberi potest ex predictis, a natura est preparatio in corpore organico ut ipsum sit convenientius ad animam rationalem recipiendam 25

1 qua: a qua C; que V 1-2 una . . . corporis: uno anima vivificatur corpus totius P sola anima om. V 3 animam: regitur add. P animabitur et regetur: et vivificatur P 4 hominis om. V 6 aliam: animam add. V 7-8 vel quare non om. P 9 sic obicitur om. P 10 Illa: ergo add. P; autem add. V anima arboris: in arboribus et P est om. P 11 anima . . . animalium: in brutis P 12 rationalis: voluntaria P anima om. C 13 corpus animatum: animal P 13-14 mundus . . . animal om. per hom. P 15 et boves om. P et asini om. C similia: consimilia V 16 unius om. PV 16-17 sicut . . . animalis om. V 16 alicuius: unius C 17 immo . . . animalis om. P 18 Dici- mus . . . animam om. V 18-19 Sed . . . unde om. CV 19 Augustinus: tamen add. C; cum add. V 20 manifestat se: videtur P se: eum V 21 ei: ea P animam: animal P Non: Nihil P 22 mundi om. V 24 Ut: autem add. P 25 organico: cogitato C convenientius: conveniens P reci- piendam: accipiendam C

18-19 Plato et alii auctores: cf. supra, n. 351.

19-21 Augustinus: *De Consensu Evangelistarum* I. xxiii. 35: 'Utrum autem universa ista corporalis moles quae mundus appellatur, habeat quamdam animam vel quasi animam suam, id est rationalem vitam, qua ita regatur sicut unumquodque animal, magna atque abdita quaestio est: nec affirmari debet ista opinio, nisi comperta quod vera sit; nec refelli, nisi comperta quod falsa sit'.

21-23 Cf. locos Guill. de Conchis et Petri Abaelardi cit. apud Guillaume de Conches *Glosae super Platonem*, p. 145 et not. c.

quam ad aliud recipiendum; sufficienti autem preparatione corporis et appropriatione existente ut anima ei infundatur, a primo datore formarum ei infunditur anima, et ita nature ministerio precedente subsequens est a prima causa perfectio, scilicet anima que est perfectio 5 corporis organici viventis potentialiter.

xxv. iii. *Inquirat utrum nova anima infundatur corpori vel antiqua*

Sed videtur quod potius corpori sufficienter apto ad recipiendum animam rationalem prius debeat ei infundi anima antiqua quam anima nova creari et ei infundi; et hac ratione.

10 362. Facilius est existens in effectu accipere et illud dare quam novum facere et illud accipere et illud dare. Ergo, cum aptatum fuerit corpus a natura ut ipsum per animam vivificetur, facilius est ei animam iam factam infundere quam novam facere et ei eam infundere; et ita illa anima que fuit unius hominis potest esse alterius hominis.

15 363. Preterea. Anima existens in corpore meretur et demeretur. Bonum est autem animam salvari, malum autem animam dampnari: et bonum est appetendum, malum autem respuendum. Bonum est ergo infundere corpori organico potentialiter viventi animam antiquam mole peccatorum oppressam, ut ipsa existens in corpore mereatur purgando 20 se a peccatis suis et summum bonum sibi adquirat; malum autem est ipsam remanere a corpore separatam et non mereri, nec perfecte purgari, sed ad mortis penam perducere. Melius est ergo animam prius factam corpori infundere, ut in eo possit mereri per scientiarum et virtutum inquisitionem, quam novam animam corpori infundere. Sed Creatoris 25 est ita bene agere quod melius non potest fieri; ergo dat potius corporibus animas antiquas, ut ipse et mereantur et purgent se a vitiis, ut eternam vitam habeant, quam novas eis conferat animas, et ne anime veteres, que possent per coniunctionem ipsarum cum corporibus mereri, dampnentur. Et ita ut prius.

1 sufficienti: sustineri autem existere P autem om. C 1-2 et appropriatione existente om. P 2 ei: ea P 2-3 formarum ei om. P 3 infunditur: ea add. P 3-4 subsequens: sequens C 4 scilicet . . . perfectio om. V 6 Inquirat . . . antiqua in marg. C; om. PV 7 potius . . . apto: corpus habente in effectu P apto: aptato V 8 prius debeat ei om. CV anima om. P 9 creari: fieri P ei om. C et om. P 11 novum: novam P accipere et illud om. CV aptatum: aptum C 12 corpus: organicum add. P 13 eam om. C; eum add. P 13-14 et ita illa anima: et in illa P 14 potest: iterum add. V hominis om. P 15 Preterea: item P 16 Bonum est autem: et bonum est P 16 et: sed P 17 autem om. P 21 et non mereri om. V 22 mortis om. P perducere: deduci P factam: formatam C 23-24 ut in eo . . . inquisitionem om. CV 24 animam corpori infundere om. C 25 ita: tam P fieri: agere V 26 purgant: purgant C 27 eis: ei C ne om. P 28 possent: possunt C 28-29 corporibus mereri: corpore salvari P

364. Solutio. Ad primum dicendum est quod non est facilius ipsi creatori animam prius creatam infundere quam novam creare et illam infundere; sicut si lignum aliquod habilitetur per caliditatem et siccitatem sufficienter ut ipsum igniatur, nova confertur ei igneitas et non transfertur in ipsum vetus igneitas prius existens in alio corpore. 5 Creando autem animam Deus eam infundit corpori organico potentialiter viventi. Si autem non sit in eo organum cum aptitudine vitam recipiendi non infundit ei animam. Non enim dat animas nisi secundum precedens nature ministerium et competentem preparationem existentem in corpore. Deficiente vero debito organo corporis recedit anima ab ipso ex 10 quo per ipsum introducebatur; et si iterum per naturam redeat eiusdem corporis organum, in idem corpus redibit eadem anima que in eo prius fuit, et naturalis secundum hoc erit mortuorum resurrectio; sed non redibit naturaliter eiusdem corporis organum, et ideo non erit resurrectio mortuorum naturalis, sed miraculosa. 15

365. Ad aliud dicendum quod ratio et intellectus sunt vires ipsius anime per quas potest ipsa anima discernere bonum a malo et servare voluntatem suam in rectitudine et a bono non declinare. Si ergo ipsa bonum cognoscens malo adhereat, cum ad ipsum non sit coacta, immo sponte bonum contempnens malo se submittat, non datur ipsa post 20 separationem eius a corpore suo iterum alii corpori ne ipsa declinet a malo iterum, sicut prius declinavit. Melius est ergo ei novam animam infundere mundam a labe, preterquam ab originali peccato, ut ipsa, utens ratione et intellectu, rationis arbitrio rectitudinem sue voluntatis conservet propter ipsam rectitudinem. Tunc autem conservatur voluntas 25 in rectitudine quando solum vult homo illud quod Deus vult ipsum velle.

366. Item. Queritur, utrum anima exuta a corpore possit intellectu uti actualiter.

Quod non, sic videtur. Cum anima intelligit, ut habetur ab Augustino

1 est¹, 2 om. P 2 creatam: factam P 4 confertur: confert P 4-5 et non... igneitas om. P 6 eam om. V 8 infundit: infundet C 9-10 existentem in corpore... organo: existentem. Corpore vero deficiente a debito organo C 10 vero: autem P corporis om. C 11 introducebatur: anima add. V per naturam redeat: per naturam redeat, per naturam redeat add. C 12 in idem: ibidem V 13-15 sed non... miraculosa om. P 16 dicendum: est add. V 17 anime om. V anima om. V 18 in rectitudine: et rectitudinem P ergo ipsa: ipsum igitur P 19 malo adhereat: malum faciat P immo: sed C 20 se submittat: adhereat P 21 eius om. P suo om. V ipsa: ipsum P declinet: declinat P 22 malo: bono P ergo ei: igitur P 23 peccato om. P 24 arbitrio: arboribus P 25-26 propter... velle om. P 27 Item om. C possit: posset V 29 sic om. P Cum: quando P

¹ Ad primum: cf. supra, n. 362.

¹⁶ Ad aliud: cf. supra, n. 363.

²⁹-p. 101, l. 1 ab Augustino... auctoribus: Aug. *Tract. in Iohan. Evang.* xv. 19; Arist. *De An.* i. i (403^a8-10), iii. viii (432^a3-10); Gundiss. *De An.* x (101).

et ab Aristotele et ab aliis auctoribus, ipsa intelligit per ymaginem in ea constitutam representantem ei rem illam, cuius similitudo est illa ymago, et anima convertens aciem animi ad illam ymaginem coniungit et copulat eam cum re cuius est illa ymago, et sic intelligit actualiter.

5 Sed anima cum est a corpore exuta nulli est coniuncta, nec habet ligationem cum corpore. Ergo mediante corpore aliquo non formatur in anima aliqua passio que sit rei similitudo, et omnis passio que formatur in aliquo formari habet per contactum vel per aliquam ligationem anime cum corpore quando in eo ipsa est. Sed anima exuta a corpore 10 non habet ligationem cum corpore ut ipsa illud moveat, nec accidit ipsi contactus cum aliquo. Ergo in anima exuta a corpore non formatur alicuius rei ymago. Sed si anima intelligat, per ymaginem intelligit; sed a corpore exuta non habet in se ymaginem. Ergo a corpore exuta non habeatur intellectum.

15 367. Contra. Ut habetur ab Augustino et Ieronimo et aliis auctoribus, anima in corpore existens mole carnis oppressa ita obfuscatur quod uti intellectu non potest nisi sensus ministerio precedente; unde dicit Aristoteles in principio *Posteriorum*: 'Omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva fit ex preexistente cognitione', scilicet sensitiva. Anima 20 autem exuta a corpore libera est. Ergo potius potest tunc uti intellectu quam prius; sed quando est in corpore intelligere potest; ergo et extra.

368. Preterea. A pluribus habemus auctoribus quod post separationem anime a corpore, quandoque contingit unam animam certificare aliam animam et de ignoto dare certificationem ei et cognitionem. Sic 25 ergo contingit unam animam maiorem habere scientiam alia anima.

369. Contra. Anima exuta a corpore nullo est impedita quin ipsa quidlibet intelligat: est enim habens se ad similitudinem oculi existentis in centro et videntis totam speram. Ergo nulla anima alia est sapientior.

1 ymaginem: ymaginationem P 2 representantem: que presentat P est: alia add. P 5 cum est om. CV coniuncta: iuncta C 7 rei: ei V 8 contactum: contractum P vel: et V 9-10 anime... ligationem om. per hom. P 11 ipsi contactus: ipsius esse contactum P aliquo: alio P 12 ymaginem: ymaginationem C 13 in se om. P 13-16 non habeatur intellectum... quod om. CV 16 obfuscatur: elata^{ur} P 18 principio: primo V omnis² om. V 19 intellectiva om. P sensitiva: Contra add. C 20 autem om. C 21 sed: et V; om. C ergo et extra om. P 22 Preterea: Item P post: prius V 24 aliam animam om. P de: ab P certificationem om. P et² om. P 26 a: de V nullo: a nullo V impedita: impedimenta P 28 videntis: videns V anima om. P

¹⁵ ab Augustino... auctoribus: Aug. *De Trin.* viii. ii. 3; locum Ieronimi non invenimus; Avic. *De An.* v. v (25^{va}B).

¹⁸-19 in principio *Posteriorum*: Arist. *Anal. Post.* i. i (71^a1-2) iuxta versionem Iacobi Venetici (5).

¹⁹-21 Cf. Avic. *De An.* v. v (25^{va}B); v. vi (26^{va}E).

²² Cf. Gregorius M. *Dial.* iv. 33.

370. Item. Potest similiter hic queri, utrum anima philosophi cuiusdam sit sapientior separata a corpore quam anima alicuius idiote post separationem ipsius a corpore.

Quod non sit sapientior videtur per proximam rationem precedentem.

371. Quod sit sapientior videtur per hoc quod scientie quas firmavit ipse philosophus in anima sua per ymages rerum in ea repositas, remanent in anima post remotionem ipsius a corpore, quia nullam est assignare causam destructionis illarum scientiarum firmatarum in anima, cum tam anima quam scientia contrarietate careat, et anima aptior est ad retinendum scientias quando est extra corpus quam quando est in corpore; quia quando est in corpore convertit ipsa aciem animi et intentiones suas ad regimen corporis et eius dispositiones et ad multa que accidunt corpori a causis extrinsecis.

372. Solutio. Dicimus quod anima separata a corpore intellectu uti potest, et una intelligit plus alia et est sapientior alia; quia quanto anima magis particeps est illuminationis procedentis a pura veritate, que summe lucida et incommutabilis est, illa purificatione habet intellectum perspicaciorem, et maioris est sapientie quam illa que mole peccatorum est oppressa, minus existens particeps nature illuminationis. Sicut enim lux facit ad operationes sensus, ita et illuminatio pure veritatis facit ad operationem intellectus. Unde bene concedimus quod anima cuiusdam idiote, quando est separata a corpore, est sapientior quam anima philosophi, si anima illa que fuerit idiote fit magis particeps pure veritatis et lucis ab ea irradiantis quam anima philosophi sit particeps; et propter hoc contingit quod anima minus sapiens scientiam recipit a sapientiori intuendo eam et quicquid est in ea. Probabile tamen est quod anima philosophi plus sciat de quibusdam quam anima idiote, licet ipsa sit particeps pure veritatis, et de illis plus scit ipsa que recipit per receptionem discipline in corpore que non sunt de divina contemplatione.

1 Item *om.* C hic *om.* C 2-3 sapientior . . . corpore: cum ipsa fuerit exuta sit sapientior quam anima alicuius idiomate cum ipsa fuerit separata P 4 proximam . . . precedentem: precedentem rationem proximam C 6 ymages: ymaginem P 7 remotionem *om.* P quia: quod C 8 illarum *om.* P 9 careat: caret P 10 est: sit P 11 quia . . . corpore *om.* V et: ad V 12 ad: supra P et *om.* P 14 Solutio: ad hoc *add.* V 15 una: aliqua C 17 illa purificatione: per illam purificationem V purificationem: puriorem P 18 perspicaciorem *om.* P et: etiam *add.* C 19 minus existens: et minus est P 20 ita et illuminatio: in eluminatione P 21 bene *om.* C 23 illa *om.* PV fuerit: fuit C fit: fuerit C 24 quam: pro P particeps: pure veritatis *add.* V 26-29 intuendo eam et quicquid . . . contemplatione *om.* P 28-29 et de . . . contemplatione: ut de illis que non sunt de divina contemplatione plus scit anima

5-11 Cf. Gundiss. *De An.* x (98).

15-19 Cf. Gundiss. *De Immortalitate Animae* (19); *Liber de causis primis et secundis* x (130).

19-21 Cf. Avic. *De An.* v. v (25thA).

373. Sed queritur. Quomodo una anima possit recipere scientiam ab alia, cum utraque ipsarum careat et auribus et ore et instrumentis significandi aliquid quod ipsa intelligit? Nos enim id quod intelligimus significamus aliis per voces, vel per aliqua alia signa, ut claustrales per nutus et signa corporalia suos intellectus aliis exprimunt.

374. Similiter queritur. Quomodo anima seipsam possit intelligere, cum nihil in seipsum agat vel patiatur a seipso, ut eodem oculo quo quis videt, eundem oculum videre non contingit; et eodem baculo quo quis percutit, non contingit eundem baculum percutere.

375. Ad primum. Dicendum est quod sicut compositum se habet ad compositum, ita simplex se habet ad simplex; unde sicut compositum recipit inmutationem a composito, ita simplex inmutatur a simplici; et sicut nos oculo composito manente anima videmus rem compositam, ita anima separata a corpore seipsam videt et intuetur, simplex cum ipsa sit simplex; unde intuetur aliam animam, et eam intelligendo, percipit in ea inmutationes in ea repositas, que sunt similitudines rerum extra, et per illarum similitudinum perceptionem venit in cognitionem rei prius ignote, et secundum quod plus et plus illuminatur a causa prima, secundum hoc clarius eas intuetur, et plus scientie sibi acquirit; et quia sic venit in scientiam rei ignote, per hoc quod convertit aciem animi sui ad aliam animam puriorem et magis illuminatam, dicitur quod una anima recipit scientiam ab alia; et per hoc quod ipsa percipit in illa alia anima ymaginem sui ipsius anime intelligentis, intelligit ipsa anima seipsam per sui ymaginem in alia anima perceptam. Et est simile apud sensum: oculus in speculo percipit ymaginem sui, et per illam ymaginem seipsum videt. Et sic patet solutio secunde questionis.

philosophi quam anima idiote, que, scilicet anima philosophi, apud se retinet ex disciplinis receptis in quam adminiculo corporis quando ei fuit coniuncta V

2 ipsarum *om.* P auribus: aure P 2-3 instrumentis significandi: instrumenti signis P 3 enim: autem C id: idem V 4 significamus: signamus P vel: et P aliqua alia *om.* P 5 corporalia: corporum V 5-6 corporalia . . . exprimunt *om.* P 7 anima *om.* V 8-9 quo quis videt *om.* P 9 contingit: aliquem *add.* P; nisi per reflexionem radiorum *add.* V 11 sicut *om.* V 12 ad simplex: ad simplicem V 14 manente: iuvante C anima *om.* P 15 a corpore *om.* P videt et *om.* C 15-16 cum . . . simplex *om.* P 17 inmutationes in ea *om.* C repositas: receptas V rerum: esse P 18 perceptionem: receptionem P 19 a causa prima *om.* P 20 clarius: plus et plus P 21 sic *om.* V 22 sui *om.* PV aliam *om.* P et magis illuminatam: ea P 23 quod *om.* CP 24 alia *om.* P ymaginem sui: magne P 25 anima *om.* P in *om.* C perceptam: receptam P 26 apud: quod P ymaginem: ymaginationem P

7-9 Cf. Aug. *De Trin.* ix. iii. 3.

11 Ad primum: cf. supra, n. 373.

XXV. iv. *In qua parte corporis sit anima*

Restat ut videamus, cum anima sit in corpore et non in qualibet parte corporis essentialiter, ut prius ostensum est, in qua parte corporis humani sit anima essentialiter.

376. Quod sit in corde sic videtur posse ostendi. Ut habemus a pluribus auctoribus, ex constrictione cordis provenit dolor, ex dilatatione provenit gaudium. Sed in anima est dolor propter cordis offendiculum, quia ipsa tenetur regere. Similiter gaudium est in anima. Indicium ergo est animam esse in corde, quia ex constrictione cordis provenit dolor et ex dilatatione gaudium.

377. Preterea. Ab Aristotele habemus quod ira est ascensus sanguinis circa cor; unde cum ascendit sanguis circa cor, tunc est ira. Sed plura sunt membra corporis vegetati ab anima quam cor; potius videtur ergo animam esse in corde quam in alio membro.

378. Contra. Anima est in corpore humano ad regimentum corporis humani; cor autem est unum principalium membrorum hominis: unde si contingat per aliquod accidens fieri timorem in homine fugit sanguis ad cor propter ipsum consolandum, ne ipsum deficiat propter nimiam timiditatem. Regit ergo sanguis ipsum corpus in hoc casu. Est ergo hoc indicium quod anima debens regere corpus humanum sic sit essentialiter in sanguine quia ipse sanguis est nutrimentum totius corporis, et ita est ipse eius consolatio.

379. Quod autem anima sit in cerebro potest haberi per hoc quod cuiuslibet sensus perfectio est in cerebro, et cuiuslibet alterius apprehensionis, ut eius que fit per ymaginationem, vel per estimationem, vel per memoriam. Cum ergo apprehensio sit ab anima, et in cerebro per inmutationes ibi receptas fiant apprehensiones, indicium est quod potius est anima in cerebro quam in alia parte corporis humani. Quod bene

2 ut videamus: videre P 3 corporis *om.* P prius *om.* P 5 sit *om.* P
7 offendiculum: ostendiculum C 8 quia: quod C 9 quia: quod C cor-
dis: eius P 11 Preterea: Item P 12 circa cor *om.* P ascendit: accedit P
12-13 Sed . . . cor *om.* P 13 potius . . . ergo: et ita potius videtur P 14 alio:
aliquo C 15 Contra: Item P; *om.* V regimentum: regimen P 16 autem:
enim V principalium: principium C hominis: hominum P 18 deficiat:
desiccat P 20 quod: quia V 21 sanguine: et ideo *add.* C; et ideo etiam
add. V quia: eo quod P 21-22 et ita . . . consolatio *om.* CV 23 autem
om. V 25 ymaginationem: ymaginem P 26 ergo: igitur P sit ab
anima et: anima sit P cerebro: et *add.* P 27 ibi: sibi C receptas: repo-
sitas V

5-6 a pluribus auctoribus: Arist. *De An.* I. iv (408^b5-8); Constantinus *Viat.* III. xiv (ciii^v): 'Cor enim eorum cum timeat constringitur, et calor suus naturaliter coadunatur et non dilatatur . . . In letitia dilatatur cor subito et aperitur'.

11 Aristotele: *De An.* I. i (403^a31).

concedimus dicentes quod non est in corde. Multi tamen auctores videntur velle animam secundum se totam esse in qualibet parte corporis, sicut Deus ubique est secundum se totum.

380. Ad predictas autem rationes sic resistimus. Dicendo quod ex constrictione cordis provenit dolor, quia cor est unum principalium membrorum; et ideo quia anima appetit esse in corpore, appetit anima ut cor existat in debita dispositione; unde si adveniat constrictione molestatur ipsa anima, quia iam recedit cor a debito organo: et ideo ex constrictione cordis provenit dolor in anima ne cor deficiat per constrictionem. Ex dilatatione vero cordis provenit gaudium in anima, quia cor est naturaliter calidum: unde suum debitum esse est esse in caliditate. Caliditatis autem est dissolvere et dilatare; et ideo ex dilatatione cordis provenit gaudium in anima. Propter hoc quod cor debet regi ab anima est in organica dispositione et debita sibi et regulari quando sic dilatatum est cor. Interdum tamen potest esse cordis dilatatio vehementi gaudio existente, quod cor ultra modum dilatabitur ita quod homines debite memorie et debite scientie viam amittant. Ex ascensu autem sanguinis circa cor provenit ira, quia cor naturaliter est calidum, et sanguis naturaliter est calidus, et ita calidum adicitur calido, et tanto magis habundat ibi caliditas ex calore dissoluto et rarefacto, et ita est ibi timor et levitas: quoniam ex dilatatione timor, et ex rarefactione levitas. Sed quando cor est inflatum et agile, tunc habet homo spem habendi victoriam de aliqua molestia sibi illata. Sed ira est cum spe habendi victoriam, et ita ex ascensu sanguinis circa cor provenit ira. In

1-3 Multi . . . totum *om.* P 6 appetit² anima *om.* P 7 existat: existens P
8-10 et ideo . . . constrictionem *om.* P 9 per: propter V 10 vero: autem C
11 naturaliter: de natura V; *om.* P debitum: proprium P 13 cordis *om.*
P provenit: prout P Propter hoc: Et propter hoc etiam V cor: quod *add.* P
14 organica: propria P et: existente P 14-17 quando . . . amittant *om.* P
17 ascensu: accessu P 18 naturaliter: in se P 19 et sanguis . . . calidum
om. per *hom.* V 20 caliditas: calidum C 21 timor: tumor C et² *om.*
P rarefactione: calefactione V 24 victoriam: memoriam P ascensu: ac-
cessu P

1 Multi . . . auctores: vid. locos citatos ab H. Ostler, *Die Psychol. des Hugo von St. Viktor* (Beiträge VI. i, 1906), p. 62 not. 4, et praecipue Guill. de S. Theod. *De Natura Corporis et Animae* II (719D): 'sicut Deus in mundo, sic quodammodo ipsa (anima) sit in corpore suo, ubique scilicet . . . tota . . . in singulis partibus'.

15-17 Cf. Constantin. *Pantegn.* Theor. IV. vii (xvi^{va}): 'Tota sua excluditur substantia cum nimium gaudium subito dissolvit et exire eum (calorem naturalem) facit. Unde cito quis moritur'; Anon. *Quaest. Salernitan.*: 'Queritur quare quislibet levius moritur ex nimio gaudio quam ex tristitia' (cod. Bodl. Auct. F. 3. 10, fol. 139).

18-23 Cf. Constantin. *ibid.* IV. viii (xvi^{vb}): 'Ira enim est fervor cordis per quem calor naturalis subito extra prorumpit cum anima ob illatas iniurias excogitatum vindictam explere desiderat'.

23 victoriam: cf. Avic. *De An.* IV. iv (20^{ra}A): 'Que vero vult vincere et id quod putatur nocivum repellere est irascibilis . . . ex ira habetur intensio voluntatis ad victoriam'; cf. supra, nn. 55, 71.